# CORPUS IURIS GERMANICI ANTIQUI.

EX OPTIMIS SUBSIDIIS COLLEGIT EDIDIT ET LECTIONUM VARIETATEM ADIECIT

FERD. WALTER

IUR. DOCT. ET PROF. PUBL. ORD. IN ACADEMIA BORUSSICA-RHENANA.

DIVINITY SCHOOL
~~LIBRARY~~.
HARVARD UNIVERSITY

TOM. I. PARS I.

LEGEM SALICAM, RIPUARIORUM, ALAMANNORUM, BAIUVARIORUM, BURGUNDIONUM, FRISIONUM, ANGLIORUM ET WERINORUM, SAXONUM, ET EDICTUM THEODERICI CONTINENS.

BEROLINI

IMPENSIS G. REIMERI.

MDCCCXXIV.

Digitized by Google

## LEX SALICA

### EX EDITIONE HEROLDI.

### In Legem quam Salicam vocant Praefatio.

Gens Francorum inclyta, authore Deo condita, fortis in armis, firma pacis foedere, profunda in consilio, corpore nobilis et incolumis, candore et forma egregia, audax, velox et aspera, nuper ad Catholicam fidem conuersa, immunis ab haeresi. Dum adhuc teneretur barbarie, inspirante Deo inquirens scientiae clauem, iuxta morem suorum qualitatum desiderans iustitiam, custodiens pietatem, dictauerunt Salicam legem proceres ipsius gentis, qui tunc temporis apud eandem erant rectores. Sunt autem electi de pluribus viri quatuor, his nominibus, Wisogast, Bodogast, Salogast, et Windogast, in locis quibus nomen Salagheve, Bodogheve, et Windogheve.

## LEX SALICA

### EX EDITIONE LINDENBROGII.

### Incipit Tractatus Legis Salicae.

Gens Francorum inclyta, auctore Deo condita, fortis in armis, profundaque *a*) in consilio, firma in pacis foedere, (corpore nobilis, in columna candore et forma egregia *b*), audax, velox, et aspera, ad Catholicam fidem nuper conversa, emunis quidem ab omni haerese, dum adhuc ritu (teneretur barbarico *c*) inspirante Deo inquirens scientiae clavim iuxta morum suorum qualitatem desiderans iustitiam, et custodiens pietatem, dictavit Salicam legem per proceres illius gentis, qui tunc temporis eiusdem aderant rectores. Electi de pluribus viris quatuor his nominibus, Wisogastus, Bodogastus, Sologastus, et Widogastus, in locis cognominatis Solehaim, Bodohaim, Wido-

*a*) Goth. *profunda.* *b*) Goth. *corporea, candore, forma egregia.* *c*) Goth. *detineretur barbaro.*



Digitized by Google

Qui per tres Mallos conuenientes, omnes causarum origines sollicite discurrendo, tractantes de singulis, iudicium decreuerunt hoc modo. At ubi Deo fauente Clodoveus Comatus et pulcher, et inclytus Rex Francorum primus, recepit Catholicum baptismum, quicquid minus in Pacto habebatur idoneum, per praecelsos Reges Clodoueum, et Childebertum, et Hlotarium fuit lucidius emendatum, et procuratum decretum hoc. Vivat qui Francos diligit Christus, eorum regnum custodiat, et Rectores de lumine suae gratiae repleat, exercitum protegat, fidei monumenta tribuat, pacis gaudia et foelicitatem, tempora dominantium Dominus Christus Iesus pietate conducat. Haec est enim Gens, quae fortis dum esset, et robore valida, Romanorum iugum durissimum de suis cervicibus excussit pugnando, atque post agnitionem Baptismi, sanctorum Martyrum corpora (quae Romani igne cremauerunt, vel ferro trucidauerunt, truncauerunt aut bestiis laceranda proiecerunt) sumptuose auro et lapidibus pretiosis exornauit.

haim, qui per tres mallos convenientes omnes causarum origines sollicite tractantes discutiendo de singulis, sicut ipsa lex declarat iudicium decreverunt hoc modo. At ubi Deo favente Rex Francorum Clodoveus florens et pulcher et inclitus primus recepit Catholicum baptismum: et deinde Childebertus et Clotharius in culmen regale Deo protegente pervenere, quicquid in pacto minus habebatur idoneum per illos fuit lucidius *d*) emendatum, et sanctius decretum. Vivat qui Francos diligit. Christus eorum regnum custodiat, Rectores eorundem lumine suae gratiae repleat, exercitum protegat, fidei munimina tribuat, pacis gaudia et felicitatis tempora dominantium Domino Iesu Christo propiciante concedat *e*). Haec est etenim gens, quae parva dum esset numero, fortis robore (et valida, durissimum *f*) Romanorum iugum de suis cervicibus excussit pugnando. Atque post agnitionem baptismi sanctorum martyrum corpora, quae Romani vel igni concremaverunt, vel ferro truncaverunt, vel bestiis laceranda proiecerunt, Franci (reperta auro et lapidibus preciosis *g*) ornaverunt.

### DE LEGUM INVENTORIBUS AC EARUM RATIONE.

Moyses Genti Hebraeae primum omnium diuinas Leges

### PROLOGUS LEGIS SALICAE.

Placuit atque conuenit inter Francos et eorum Proce-

*d*) Goth. *lucide.* *e*) Goth. *propitiante pietate.* *f*) Goth. *validum durissimumque.* *g*) Goth. *reperta super aurum et lapides pretiosos.*

Digitized by Google

sacris literis explicavit. Phoronaeus Rex Graecis primus leges et iudicia constituit. Mercurius Trismegistus primus leges Aegyptiis tradidit. Solon primus leges Atheniensibus dedit. Lycurgus primus Lacedaemoniis iura ex Apollinis authoritate confinxit. Numa Pompilius, qui Romulo successit in regnum, primus leges Romanis edidit. Deinde cum populus magistratus seditiosos ferre non posset, Decemviros legibus scribendis creavit, qui leges ex Solonis in latinum sermonem translatas XII. tabulis exposuerunt. Fuerunt autem hi: App. Claudius Sabinus, T. L. Genutius, P. Sestius Vaticanus, T. Veturius Cicurinus, C. Iulius Tullus, A. Manilius, P. Sulpitius Camerinus, Sp. Posthumius Albus, P. Horatius Pulvillus, T. Romilius Vaticanus. Hi decem viri legum conscribendarum electi sunt. Leges autem redigere in libros primus Consul Pompeius instituere voluit, sed non perseveravit obtrectatorum metu. Deinde Caesar coepit id facere, sed ante interfectus est. Paulatim antiquae leges vetustate et incuria exoleverunt, quarum etsi nullus iam usus est, notitia tamen necessaria videtur. Leges novae a Constantino coeperunt Caesare, et reliquis succedentibus, erantque peres, ut (propter servandum inter se pacis studium *h*) omnia incrementa veterum rixarum resecare deberent: et quia ceteris Gentibus iuxta se positis fortitudinis brachio praeminebant, ita etiam Legum auctoritate praecellerent; ut iuxta qualitatem causarum sumeret criminalis actio terminum. Extiterunt igitur inter eos electi de pluribus quatuor viri, his nominibus, Wisogastus, Bodogastus, Salogastus, et Widogastus *i*) in villis quae ultra Rhenum sunt, Salehaim et Bedohaim et Widohaim: qui per tres Mallos convenientes, omnem causarum originem *k*) sollicite discutiendo tractantes de singulis iudicium *l*) decreverunt hoc modo.

## *Ex chronico manuscripto.*

Marchomoris quoque dedit Francis id consilium et elegerunt Faramundum ipsius filium, et levaverunt in Regem super se crinitum. Tunc habere et leges coeperunt, quas eorum priores gentiles tractaverunt, his nominibus Wisogastus, Arogastus, Salegastus in villis quae ultra Rhenum sunt, in Botagin, Salecagin, et Widecagin..

Anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi DCCXCVIII *m*) Indictione sexta, Dominus Karolus Rex

---

*h*) Goth. *pro servando — studio.* *i*) Goth. *Wisogastis, Arogastis, Salegastis et Vindogastis.* *k*) Goth. *omnes causarum origines.* *l*) Al. Editt. *iudicare.* *m*) Sangall. habet *DCCLXXVIII.*; Bigot. *DCCLXVIII.*

mixtae et inordinatae. Postea Theodosius minor Augustus ad similitudinem Gregoriani et Hermogeniani Codicem factum constitutionum a Constantini temporibus sub proprio cuiusque Imperatoris titulo disposuit, quem a suo nomine Theodosianum vocavit. Deinde unaquaeque Gens propriam sibi ex consuetudine elegit legem. Longa enim consuetudo pro lege habetur. Lex autem est constitutio scripta. Mos est vetustate probata consuetudo: sive lex non scripta, nam lex a legendo vocata, quia scripta est. Mos autem est consuetudo longa de moribus tracta tantumdem. Consuetudo est ius quoddam moribus institutum, quod pro lege suscipitur. Lex erit omne quod iam ratione constiterit, quod disciplinae conveniet, quod saluti proficiat. Vocata autem consuetudo, quia in communi usu est. Theodoricus Rex Francorum, cum esset Cathalaunis, elegit viros sapientes, qui in regno suo legibus antiquis eruditi erant; ipso autem dictante, iussit conscribere Legem Francorum, Alamannorum et Baioariorum, et unicuique Genti, quae in eius potestate erat, secundum consuetudinem suam: addiditque addenda, et improvisa et incomposita resecavit; et quae erant secundum consuetudinem Paganorum, mutavit secundum legem Christianorum. Ét quidquid Theodoricus Rex propter vetustissimam Paganorum consuetudinem emendare non potuit, posthaec Hildebertus rex inchoavit corrigere; sed Chlotharius rex perfecit. Haec omnia Dagobertus Rex gloriosissimus per viros illustres Claudio, Chadoin, Domagno, et Agillofo renovavit; et omnia veterum legum in melius transtulit; unicuique quoque Genti scriptam tradidit. Factae autem sunt leges, ut earum metu humana coerceretur nequitia, tutaque sit inter improbos innocentia, et in ipsis improbis formido suppliciorum, et ut refraenentur nocendi facultates *p*)

Francorum inclytus hunc libellum tractatus *n*) Legis Salicae scribere iussit. *o*).

---

*n*) Baluz. *tractati.* *o*) Al. Editt. *ordinavit.* *p*) Cod. Bamb. prologo omnino caret; nam statim post rubricam: *Incipiunt capitula legis Salicae*, index titulorum apparet. Baluzius habet titulum: *Pactus legis Salicae*, auctoritatem quorundam Codicum secutus. Caetera apud illum desunt, praeter solam notam, quam et apud Lindenbrogium legimus: *Anno ab incarnatione — scribere iussit.* Et hanc inscriptionem Baluzius in plerisque vetustis Codicibus defuisse testatur. In Cod. Goth. tres prologi adsunt, sed alio ordine. Primus est: *Moyses genti Hebraeae etc.* Illum excipit: *Gens Francorum inclyta etc.* Finem facit prologus: *Placuit atque convenit etc.* Narratio: *Theodoricus Rex Francorum etc.* autem ibi deest. Caeterum de variis quibusdam lectionibus consulas nostram editionem Legis Baiuvariorum, ubi idem prologus habetur.

Digitized by Google

| INDEX TITULORUM. | CAPITVLA LEGIS SALICAE. |
| --- | --- |
| 1. *De Mannire.* | 1. *De mannire.* |
| 2. *De furtis Porcorum.* | 2. *De furtis porcorum.* |
| 3. *De furtis Animalium.* | 3. *De furtis animalium.* |
| 4. *De furtis Ouium.* | 4. *De furtis ouium.* |
| 5. *De furtis Caprarum.* | 5. *De furtis caprarum.* |
| 6. *De furtis Canum.* | 6. *De furtis canum.* |
| 7. *De furtis Auium.* | 7. *De furtis auium.* |
| 8. *De furtis Arborum.* | 8. *De furtis arborum.* |
| 9. *De furtis Apium.* | 9. *De furtis apium.* |
| 10. *Si damnum in messe, vel in qualibet clausura illatum fuerit.* | 10. *De damno in messe vel in qualibet clausura.* |
| 11. *De servis mancipiis furatis.* | 11. *De seruis vel mancipiis furatis.* |
| 12. *De furtis ingenuorum vel effracturis.* | 12. *De furtis ingenuorum vel infracturis.* |
| 13. *De furtis Seruorum vel effracturis.* | 13. *De furtis seruorum* q). |
| 14. *De ingenuis hominibus qui mulieres ingenuas rapiunt.* | 14. *De ingenuis hominibus, qui ingenuas mulieres rapiunt.* |
| 15. *De eo, qui vxorem tulerit alienam viuo marito.* | |
| 16. *De Superventis.* | 15. *De eo qui hominem ingenuum expoliauerit.* |
| 17. *De Expoliationibus.* | |
| 18. *De eo, qui villam alienam adsalierit.* | 16. *De eo qui villam alienam adsalierit.* |

---

q) Baluz. addit *vel infracturis*.

Digitized by Google

| | |
|---|---|
| | 17. *De eo qui mortuum hominem expoliauerit.* |
| 19. *De incendiis.* | 18. *De incendiis.* |
| 20. *De vulneribus.* | 19. *De vulneribus.* |
| 21. *De eo, qui hominem innocentem apud Regem accusauerit.* | 20. *De eo qui hominem innocentem et absentem ad regem accusauerit.* |
| 22. *De Maleficis.* | 21. *De maleficiis.* |
| 23. *De Manu mulierum non stringenda.* | 22. *De eo qui mulieri ingenuae manum strinxerit.* |
| 24. *De Navibus furatis.* | 23. *De eo qui nauem sine permissu domini mouerit aut furauerit.* |
| 25. *De furtis in Molino commissis.* | 24. *De furtis in molino commissis.* |
| 26. *De Caballo ascenso.* | 25. *De caballo sine permissu domini sui ascenso.* |
| 27. *De furtis diuersis.* | |
| 28. *De Homicidiis paruulorum.* | 26. *De his qui pueros vel puellas occiderint vel totonderint.* |
| 29. *De Adulteriis Ancillarum.* | 27. *De adulteriis ancillarum.* |
| 30. *De Libertis dimissis.* | 28. *De libertis dimissis.* |
| | 29. *De furtis diuersis.* |
| 31. *De Elocationibus.* | 30. *De locationibus.* |
| 32. *De Debilitatibus.* | 31. *De debilitatibus.* |
| 33. *De Conuitiis.* | 32. *De conuiciis.* |
| 34. *De via Lacina.* | 33. *De via lacinia.* |
| 35. *De Ligaminibus Ingenuorum.* | 34. *De eo qui hominem ingenuum sine causa ligauerit.* |
| 36. *De Venationibus.* | 35. *De venationibus.* |
| 37. *De sepibus.* | 36. *De sepibus.* |
| 38. *De Homicidiis seruorum, vel expoliationibus.* | 37. *De homicidiis seruorum vel ancillarum.* |
| 39. *De Quadrupedibus, qui hominem laedunt.* | 38. *De quadrupedibus si hominem occiderint.* |
| 40. *De Vestigio minando.* | 39. *De vestigio minando.* |
| 41. *De furtis Caballorum.* | 40. *De caballis furatis.* |
| 42. *De Plagiatoribus.* | 41. *De his, qui aliena mancipia sollicitauerint.* |
| 43. *De Seruo, qui de furto fuerit inculpatus.* | 42. *De servo qui de furto fuerit interpellatus.* |
| 44. *De Homicidiis Ingenuorum.* | 43. *De homicidiis ingenuorum.* |
| 45. *De Homicidiis à contubernio factis.* | 44. *De homicidiis à contubernio factis.* |


Digitized by Google

| | | | |
|---|---|---|---|
| 46. | *De Homicidiis in conuiuio factis.* | 45. | *De homicidiis in conuiuio factis.* |
| 47. | *De Re Ipus.* | 46. | *De Reippus.* |
| 48. | *De Migrantibus.* | 47. | *De eo qui villam alienam occupauerit, vel si duodecim mensibus eam tenuerit.* |
| 49. | *De Adframire.* | 48. | *De Affatomie.* |
| 50. | *De Filtortis qui Salica Lege viuunt.* | 49. | *De Filtortis, hoc est, qualiter homo furatas res interciare debet.* |
| 51. | *De Falso Testimonio.* | 50. | *De falso testimonio.* |
| 52. | *De Testibus adhibendis.* | 51. | *De testibus adhibendis.* |
| 53. | *De Fide facta.* | 52. | *De eo qui fidem factam alteri reddere noluerit.* |
| 54. | *De Andocmito.* | 53. | *De eo qui Grafionem ad res alienas tollendas iniuste inuitauerit.* |
| 55. | *De Rem praestata.* | 54. | *De re praestata.* |
| 56. | *De manu ab Aeneo redimenda.* | 55. | *De manu ab aeneo redimenda.* |
| 57. | *De Grauione occiso.* | 56. | *De eo qui Grafionem occiderit.* |
| 58. | *De Corporibus exspoliatis.* | 57. | *De corporibus expoliatis.* |
| | | 58. | *De incendio vel expoliatione Ecclesiae, siue homicidiis clericorum.* |
| 59. | *De spectionibus.* | 59. | *De eo, qui ad mallum venire contempserit.* |
| 60. | *De Rathinburgiis.* | 60. | *De Rachimburgiis, qui secundum legem non iudicant.* |
| 61. | *De Crencrude.* | 61. | *De Chrenechruda.* |
| 62. | *De Alodis.* | 62. | *De Alode.* |
| 63. | *De eo, qui se de Parentilla tollere vult.* | 63. | *De eo qui se de parentela tollere vult.* |
| 64. | *De Harweno.* | 64. | *De Charoena.* |
| 65. | *De Compositione Homicidii.* | 65. | *De compositione homicidii.* |
| 66. | *De Homine in hoste occiso.* | 66. | *De homine in hoste occiso.* |
| 67. | *De Herburgium.* | 67. | *De eo qui alterum hereburgium elamauerit.* |
| 68. | *De Caballo excorticato.* | 68. | *De caballo excorticato.* r). |

---

r) Baluz. *excoriato.*

Digitized by Google

69. *De eo, qui hominem viuum de furca tulerit.*
70. *De eo, qui filiam alienam acquisierit et se retraxerit.*
71. *De Basilica incensa.*
72. *De Terra commendata.*
73. *De Cultello exadro.*
74. *De Creodiba.*
75. *De Muliere grauida occisa.*
76. *De Antrussione.*
77. *De eo, qui in aliena domo resedit.*
78. *In quantas caussas Thalaptas debeant iurare.*
79. *De Delatura.*
80. *Incipiunt Chunnas.*
*Epilogus.*

69. *De eo, qui hominem de bargo vel de furca dimiserit.*
70. *De eo, qui filiam alienam quaesierit et se retraxerit.*
71. *De terra condemnata.*

Digitized by Google

IN CHRISTI NOMINE.

# INCIPIT PACTUS LEGIS SALICAE.

*Hi autem sunt qui Legem Salicam tractauerunt: Wisogast, Arogast, Salegast, Windogast, in Bodham, Saleham et Widham.*

## Tit. I. De Mannire.

I. Si quis ad Mallum legibus dominicis mannitus fuerit, et non venerit, si eum Sumis non detinuerit, solidorum quindecim culpabilis iudicetur, qui faciunt denarios sexingentos.

II. Ille vero qui alium mannit, et ipse non venerit, si eum Sumis non detinuerit, ei qui manibit similiter DC. den. qui faciunt solidos XV. componat.

III. Ille autem, qui alium mannit, cum testibus ad domum illius ambulare debet, et sic eum mannire debet, aut uxorem illius, vel quemcunque de familia illius, ut ei faciat notum, quomodo ab illo mannitus est: nam si in dominica Ambascia fuerit oc-

# INCIPIT LIBER LEGIS SALICAE.

## Tit. I. De maniere.

I. Si quis ad mallum legibus dominicis mannitus fuerit, et non venerit: si eum sunnis non detinuerit, DC. denariis, qui faciunt solidos XV. culpabilis iudicetur.

II. Ille vero qui alium mannit, si non venerit, et eum sunnis non detinuerit, ei quem manniuit, similiter DC. den. qui faciunt sol. XV. componat.

III. Ille autem qui alium mannit, cum testibus ad domum illius ambulet, et sic eum manniat, aut vxorem illius, vel cuicunque de familia illius denunciet, ut ei faciat notum, quomodo sit ab illo mannitus.

Digitized by Google

cupatus, manniri non potest. Si vero intra pagum in sua ratione fuerit, potest manniri, sicut superius dictum est.

## Tit. II. De furtis porcorum.

I. Si quis porcellum lactantem furauerit de rhanne prima, aut mediana, et ei fuerit adprobatum, (MALBERG. *rhanne chala lerechala hoc est unum ahelepte*) CXX. denariis, qui faciunt solid. III. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

II. Si vero in tertia rhanne furauerit, (MALB. *rhanne chalteo*) DC. den. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

III. Si quis porcellum de Sutenn furaverit, et clauem habuerit, MDCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culpabilis iudicetur, excepto cap. et delatura.

IV. Si quis porcellum de intro porcos, ipso porcario custodiente, furauerit, (MALB. *Soagne chalte*) in DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur, excepto capit. et delatura.

V. Si quis porcellum furauerit, qui sine matre viuere possit, (MALB. *Ymnisfith, siue thertesun*) in XL. den. qui faciunt solidum unum, culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

VI. Si quis Scrovam subbapatit in furtum, (MALB. *varachalt*) in CCLX. den. qui faciunt sol.

IV. Nam si in iussione Regis fuerit occupatus manniri non potest.

V. Si vero infra pagum in sua ratione fuerit, potest manniri sicut superius dictum est.

## Tit. II. De furtis porcorum.

I. Si quis porcellum lactantem furauerit de hranne *s)* prima aut de mediana, et inde fuerit conuictus, CXX. den. qui faciunt sol. III. culp. iud. excepto capitale et dilatura.

II. Si vero in tertia hranne furauerit, DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud. exc. cap. et dilatura.

III. Si quis porcellum de sude *t)* furaverit, quae clauem habet IDCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culp. iud. exc. cap. et dil.

IV. Si quis porcellum in campo inter porcos ipso porcario custodiente furauerit, DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud. excepto cap. et dil.

V. Si quis porcellum furauerit, qui sine matre viuere potest, XL. den. qui faciunt solidum I. culp. iud. exc. cap. et dil.

VI. Si quis scrouam subbattit *u)* in furto, hoc est, porcellos à matre subtra-

*s)* Est. et Baluz. *chranne*. Gloss. Est. idest *de primo partu*. *t)* Gloss. Est. id est *Aram porcorum*. *u)* Gloss. *porcellos in ventre matris occidit*.

Digitized by Google

VII. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

VII. Si quis Scrovam cum porcellis furauerit, (MALB. *Focichalta*) in DCC. den. qui faciunt sol. XVII. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

VIII. Si quis porcum anniculum furauerit, (MALB. *in Zymis ethacia v*) CXX. den. qui faciunt sol. III. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delat.

IX. Si quis bimum porcum furauerit, (MALB. *in Zymis soagni*) DC. den. qui faciunt solidos XV. excepto capitale et delatura.

X. Si quis tres porcos aut amplius furauerit, usque ad sex capita, (MALB. *in Zymis exachalt, et cepto tua septun chunna*) den. MCCCC. qui faciunt sol. XXXV. excepto capitale et delatura.

XI. Si quis viginti quinque porcos furauerit, ubi amplius in grege illo non fuerint, (MALB. *sonis chalt tua Zymis fit miha chunna*) M.M.D. den. qui faciunt sol. LXII. cum dimidio, culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

XII. Si vero quis viginti quinque porcos furauerit, et adhuc aliqui remanserunt, (MALB. *texachalt*) M. CCCC. den. qui faciunt sol. XXXV. culpabilis iudicetur excepto capitale et delatura.

XIII. Si vero quinquaginta porcos furauerit, vbi amplius non habuerit, (MALB. *Sonichalt*) M.M. D. den. qui faciunt sol. LXX. et

hit, CCLXXX. den. qui faciunt solid. VII. culp. iud. exc. cap. et dil.

VII. Si quis scrouam cum porcellis furauerit, DCC. den. qui faciunt sol. XVII. S. culp. iud. exc. cap. et dil.

VIII. Si quis porcellum anniculum furaverit, CXX. den. qui faciunt sol. III. culp. iud. exc. cap. et dil.

IX. Si quis porcum bimum furaverit, DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud. exc. cap. et dilatura.

X. Si quis tertussum *w)* porcellum furauerit vsque ad anniculatum, CXX. den. qui faciunt sol. III. culpab. iud. exc. cap. et dil.

XI. Si quis vero porcum post anniculatum furauerit, DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud. exc. cap. et dil.

XII. Si quis verrum furauerit, DCC. den. qui faciunt sol. XVII S. *x)* culp. iud. exc. cap. et dil.

XIII. Si quis scrouam ducariam *y)* furauerit, DCC. den. qui faciunt sol. XII. S. culp. iud. exc. cap. et dil.

---

*v*) Nota margin. Herold. *Zymisen gano solid.* XV. *w*) Gloss. Pith. *qui domi nutritur.* Gloss. Est. idest *castratum.* *x*) Est. *DCCXX. Denariis qui faciunt sol. XVIII.* *y*) Gloss. *ductricem aliarum scrovarum.*

dimidium, culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

XIV. Si quis porcellum tertussum vsque ad annicolatum furauerit, (MALB. *Dracechalt*) CXX. den. qui faciunt sol. III. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

XV. Post anniculatum vero qui eum furauerit, (MALB. *Dracechalt*) DC. den. qui faciunt sol. XV. excepto capitale et delatura.

XVI. Si quis verrem furauerit, (MALB. *christiao*) DCC. den. qui faciunt sol. XVII. cum dimidio, culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

XVII. Si quis scrovam ducariam furauerit, (MALB. *chredunia*) DCC. den. qui faciunt sol. XVII. et dimidium, culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

XVIII. Si quis maialem sacrifum furauerit, et cum testibus, quod sacrifus fuisset, potuisset ille, qui perdidit, approbare, (MALB. *barco anome anitheota*), DCC. den. qui faciunt sol. XVII. cum dimidio, culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

XIX. Alium vero maialem, qui sacrifus non fuerit, si quis furauerit, (*Brarecho* MALB. et in alia mente, *Babene*) DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

XIV. Si quis maialem sacriuum z), qui dicitur votiuus a) furaverit, et hoc cum testibus ille, qui eum perdidit, potuerit adprobare, quod sacriuus fuisset, DCC. den. qui faciunt sol. XVII. S. culp. iud. exc. capitale et dil.

XV. Si quis maialem non sacriuum furauerit, DC den. qui faciunt sol. XV. culp. iud. exc. cap. et dil.

XVI. Si quis tres porcos vel amplius vsque ad sex capita furauerit ICCCC. den. qui faciunt sol. XXXV. culp. iud. exc. cap. et dil.

XVII. Si quis de grege XV. porcos furauerit, et reliqui ibi remanserint, ICCCC. den. qui faciunt sol. XXXV. culp. iud. exc. cap. et dil.

XVIII. Si quis XXV. porcos furauerit, et de grege illo amplius non fuerit, IID. den. qui faciunt sol. LXII. S. culp. iud. exc. cap. et dil.

XIX. Si autem aliqui ex iisdem porcis supra XXV. porcos remanserint, et non fuerint furati ICCCC. den. qui faciunt sol. XXXV. culp. iud. exc. cap. et dil.

XX. Si vero L. porcos furauerit, et aliqui remanserint IID. den. qui faciunt sol. LXII. S. culp. iud. excepto cap. et dil.

---

z) Gloss. *qui est defensor aliorum porcorum.* a) Gloss. Est. *id est ad occidendum.*

Digitized by Google

## Tit. III. De furtis animalium.

I. Si quis vitulum lactantem furauerit, ( MALB. *pedero, aut fredo* ) CXX. den. qui faciunt sol. III. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

II. Si quis anniculum animal furauerit, ( MALB. *ochsaiora* ) DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

III. Si quis bimum animal furauerit, ( MALB. *Zymis pedero malia* ) M. CCCC. den. qui faciunt sol. XXXV. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

IV. Si quis vaccam cum vitulo furauerit, ( MALB. *Zymis pedero malia* ) M. CCCC. den. qui faciunt sol. XXXV. culpabilis iudicetur, excepto capit. et del.

V. Si quis vaccam sine vitulo furauerit, ( MALB. *Mala* ) M. CC. den. qui faciunt sol. XXX. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

VI. Si quis vaccam domitam furauerit, ( MALB. *Abazym pedero* ) M. CCCC. den. qui faciunt solid. XXXV. culpabilis iudicetur, exc. capitale et delatura.

VII. Si quis taurum, qui gregem regit, et numquam vinctus fuit, furaverit, ( MALB *chereche-to* ) M. DCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

VIII. Si quis bimum taurum furauerit, ( MALB. *Traslo* ) MCCCC.

## Tit. III. De furtis animalium.

I. Si quis vitulum lactantem furauerit CXX. den. qui faciunt sol. III. culp. iud. exc. cap. et dil.

II. Si quis anniculum animal, aut bimam vitulam furatus fuerit, DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud. exc. cap. et dil.

III. Si quis vaccam cum vitulo furauerit, ICCCC. den. qui faciunt sol. XXXV. culp. iud exc. cap. et dil.

IV. Si quis vaccam sine vitulo furauerit, ICC. den. qui faciunt sol. XXX. culp. iud. exc. cap. et dil.

V. Si quis vaccam domitam *b)* furauerit, ICCCC. den. qui faciunt sol. XXXV. culp. iud. exc. cap. et dil.

VI. Si quis bouem furauerit, ICCCC. den. qui faciunt sol. XXXV. culp. iud. exc. cap. et dil.

VII. Si quis taurum gregem regentem furauerit, qui de tribus villis communes vaccas tenuerit *c)*, hoc est, trespellius *d)*, IDCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culp. iud. exc. cap. et dil.

VIII. Si quis taurum furauerit, qui unum gregem regit, et iunctus nunquam

---

*b)* Est. *domesticam.* *c)* Est addit: *nec umquam iunctus fuisset.* *d)* Gloss. Est. *id est qui bene trepat.*

den. qui faciunt sol. XXXV. excepto capitale et delatura.

IX. Si quis taurum furauerit, qui de tribus villis communes vaccas tenuerit, hoc est, tres bellio, (MALB. *Chami tèuto*) MDCCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

X. Si quis taurum regis furaverit, (MALB. *Chamuteuo*) M. M. M. D. C. den. qui faciunt sol. XC. excepto capitale et delatura.

XI. Si quis bouem furaverit, (MALB. *Ohseno*) M. CCCC. den. qui faciunt sol. XXXV. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

XII. Si quis duodecim animalia furauerit, vt neque vnum exinde remaneat, (MALB. *Sonischalt*) M. M. D. den. qui faciunt sol. XLV. cum dimidio, culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

XIII. Si vero de pluribus viginti quinque furauerit, et adhuc aliqua remaneant, quae non fuerunt iuncta, (MALB. *Sonischalt*) M. M. D. qui faciunt sol. LXV. et dimidium, excepto capitale et delatura.

XIV. Si quis duodecim animalia furaverit, vt ex eis aliqua remaneant, (MALB.) MCCCC. den. qui faciunt sol. XXXV. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

## TIT. IV. De furtis ouium.

I. Si quis agnum lactantem furauerit, (MALB. *Lem.*) VII. den. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

fuit, ICCCC. den. qui faciunt sol. XXXV. culp. iud. exc. cap. et dil.

IX. Si quis bimum taurum furauerit, ICCCC. den. qui faciunt sol. XXXV. culp. iud. exc. cap. et dil.

X. Si quis taurum Regis furauerit, IIIDC. den. qui faciunt sol. XC. culp. iud. exc. cap. et dil.

XI. Si quis XII. animalia furauerit, vt nec vnum quidem animal ex iis remanserit IID. den. qui faciunt sol. LXII. S. culp. iud. exc. cap. et dil.

XII. Si autem XII. furauerit, et insuper aliqua remanserint, ICCCC. den. qui faciunt sol. XXXV. culp. iud. exc. cap. et dilatura. Et vsque ad XXV. vno iudicio terminantur.

XIII. Si quis XXV. animalia furauerit, et insuper aliqua remanserint IID. den. qui faciunt sol. LXII. S. culp. iud. exc. cap. et dil.

## TIT. IV. De furtis ouium.

I. Si quis agnum lactantem furauerit, VII. den. culpabilis iud. excepto capitale et dilatura.

Digitized by Google

II. Si quis anniculum vel bimum veruecem furauerit, (MALB. *in Zymis*) den. CXX. qui faciunt sol. III. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

III. Certe, si tres aut amplius verueces fuerint, qui furati sunt (MALB. *feisfecho*; et *fetischefo*) M. CCCC. den. qui faciunt sol. XXXV. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

IV. Si quis quinquaginta verueces furauerit, aut amplius, (MALB. *Sonischalt*) M. M. D. den. qui faciunt sol. LXV. cum dimidio, culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

II. Si quis anniculum vel bimum berbicem furauerit, CXX. den. qui faciunt sol. III. culp. iud. exc. cap. et dil.

III. Si vero II. aut III. furauerit, ICCCC. den. qui faciunt sol. XXXV. culpab. iudicetur, exc. cap. et dil. qui numerus vsque ad XL. beruices obseruatur.

IV. Si vero L. berbices aut LX. vel amplius furauerit, IID. den. qui faciunt sol. LXII. S. culp. iud. exc. cap. et dil.

## TIT. V. De furtis caprarum.

I. Si quis capram vnam, duas vel tres furauerit, (MALB. *Lamb. e)*) CXX. den. qui faciunt sol. III. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

II. Si vero super tres capras furauerit, (MALB. *Chrenecruda*) DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

## TIT. V. De furtis caprarum.

I. Si quis capritum siue capram, aut duas capras vel tres furatus fuerit, CXX. den. qui faciunt sol. III. culp. iud. exc. cap. et dil.

II. Si vero supra tres capras furauerit, DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud. exc. cap. et dil.

III. Si quis buccum furauerit, DC den. qui faciunt sol. XV. culp. iud. excepto cap. et dil.

## TIT. VI. De furtis canum.

I. Si quis canem segusium *f)* magistro suo furauerit, (MALB. *Leodasdi*) DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

II. Si quis segusium magistrum canem furauerit, (MALB.

## TIT. VI. De furtis canum.

I. Si quis canem seusium furauerit, aut occiderit, qui magister sit, ICCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culp. iud. exc. cap. et dil.

II. Si quis vero seusium reliquum, aut veltrem por-

*e)* In marg. *afres sive lamphebros vel pectis.* *f)* In marg. *seusium melius seugium.*

Digitized by Google

*Trovvidovvano tuene chunne g)* M. DCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culpabilis iudicetur, exc. capitale et delatura.

III. Si quis canem, qui ligamen nouerit, post solis occasum occiderit, (MALB. *Theophano h*) DC. den. qui faciunt solid. XV. componat, excepto capitale et delatura.

IV. Si vero agutarito furauerit (MALB. *Chunno vano*) DC. den. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

V. Si quis pastoralem canem occiderit, aut furauerit, (MALB. *Leosdasdi i) sive Theoprano*) CXX. den. qui faciunt sol. III. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

## TIT. VII. De furtis auium.

I. Si quis accipitrem furauerit de arbore (MALB. *Ortfocla*) CXX. den. qui faciunt solidos III. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

II. Si quis de pertica accipitrem furauerit, (MALB. *Weiano siue Ortfocla k*) DC. den. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

III. Si quis accipitrem de intro clauem repositum furauerit, (MALB. *Ortfocla siue Weiano pan-*

carium, siue veltrem leporarium, qui et argutarius dicitur, furatus fuerit, vel occiderit, DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud. exc. cap. et dil.

III. Si quis vero canem custodem domus siue curtis qui in die ligari solet, ne damnum faciat, post solis occasum solutum, furatus fuerit vel occiderit DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud. exc. cap. et dil.

IV. Si quis vero canem pastoralem *l)* furatus fuerit vel occiderit, CXX. den. qui faciunt sol. III. culp iud. exc. cap. et dil.

## TIT. VII. De furtis auium.

I. Si quis acceptorem *m)* de arbore furauerit, CXX. den. qui faciunt sol. III. culpabilis iudicetur, exc. cap. et dil.

II. Si quis acceptorem de pertica furauerit, DC. qui faciunt sol. XV. culp. iud. exc. cap. et dil.

III. Si quis acceptorem intra clavem repositum furauerit, IDCCC. denariis

---

*g)* In marg. *troci withier cunni.* *h)* In marg. *reppophano.* *i)* In marg. *leodardi.* *k)* In marg. *weiape urthefocla weiano anthedio.* *l)* Un. Cod. Pith. *canem pastorem.* *m)* Gloss. *Acceptor ιεραξ.*

Digitized by Google

*dete*) MDCCC qui faciunt solid. XLV. culpabilis iudicetur, exc. capitale et delatura.

IV. Si quis Sparuarium furaverit, (MALB. *Sucelin*) CXX. den. qui faciunt solid. III. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

V. Si quis gallum furaverit, (MALB. *Chanaswido*) CXX. den. qui faciunt sol. III. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

VI. Si quis anserem aut anatam domesticam furaverit, (MALB. *Sundleno*) CXX. den. qui faciunt sol. III. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

VII. Si quis gallinam furaverit, (MALB. *Solampinam*) CXX. den. qui faciunt sol. III. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

VIII. Si quis turturem de trappa furaverit, (MALB. *Acfalla*) DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur excepto capitale et delatura.

qui faciunt sol. XLV. culp. iud. exc. cap. et dil.

IV. Si quis sparuarium furauerit, CXX. den. qui faciunt sol. III. culp. iud. exc. cap. et dil.

V. Si quis anserem domesticum aut anetam *n)* furaverit, CXX. den. qui faciunt sol III. culp. iud. excepto cap. et dil.

VI. Si quis gallum *o)* aut gallinam furaverit, vel cygnum aut gruam domesticam *p*), CXX. den. qui faciunt sol. III. culp. iud. excepto cap. et dil.

VII. Si quis turturem *q)* de reti alterius, aut quanlibet aviculam de quolibet laqueo vel decipula furatus fuerit, CXX. den. qui faciunt sol. III. culp. iud. excepto cap. et dil.

## TIT. VIII. De furtis arborum.

I. Si quis vero pomarium domesticum aut perarium de intus curte, aut latus curte furaverit, CXX. den. qui faciunt sol. III. culpabilis iudicetur.

II. Si vero pomarium aut quamlibet arborem domesticam

## TIT. VIII. De furtis arborum.

I. Si quis pomarium sive quanlibet arborem domesticam extra clausuram exciderit, aut furatus fuerit, CXX. den. qui faciunt sol. III. culp. iud. exc. cap. et dil.

II. Si quis vero pomarium aut quamlib. arborem domes-

*n*) Gloss. *Aneta, ened.* *o*) Un. Cod Pith. *coccum.* Gloss. *Gallus, cocc. Gallina, henn.* *p*) Goth. *ciconum aut gruum.* Guelph. *cicinum etc.* *q*) Duo Codd. Pith. *Si quis aucellum de trappa furaverit.*



Digitized by Google

exciderit, aut furatus fuerit in horto similiter DC. denar. culpabilis iudicetur, qui faciunt sol. XV.

III. Hanc quoque legem et de vitibus furatis observare iussimus.

IV. Si quis in sylva alterius materiamen furatus fuerit, aut incenderit, vel concapulaverit, aut ligna alterius furaverit, DC. den. culpabilis iudicetur, qui faciunt sol. XV. excepto capitale et delatura.

ticam infra clausuram exciderit, aut furatus fuerit, DC. den. qui fac. sol. XV. culp. iud. exc. cap. et dil.

III. Hanc quoque legem et de vitibus furatis observari iussimus.

IV. Si quis in silva alterius matriamen *r)* furatus fuerit, aut incenderit, vel concapulaverit *s)* aut ligna alterius furaverit, DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud. exc. cap. et dil.

## Tit. IX. De furtis apium.

I. Si quis apem de intro clavem furaverit, et tectum desuper habuerit, (malb. *Antidio Olethardis*) M. DCCC. den. qui faciunt sol. XLV culpabilis iudicetur, excepto capitale et delat.

II. Si quis unam apem, hoc est, uno vascello, furaverit de sub tecto, et sub clave, ubi amplius non fuerint, M. DCCC. den. culpabilis iudicetur, qui faciunt sol. XLV. excepto capitale et delatura.

III. Si vero septem aut amplius furaverit, et aliqui remaneant, et retro clavem fuerint, (malb. *Texara antidio alethardis*) M. DCCC. denariis, qui faciunt sol. XLV. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

IV. Si quis unum vas cum apibus inter alia vasa sub tecto, aut sub clave furaverit, causam superius comprehensam convenit observare, excepto capitale et delatura.

V. Si vero unum vas cum

## Tit. IX. De furtis apium.

I. Si quis unum vas apium deintro clave aut sub tecto furaverit, IDCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culp. iud. exc. cap. et dil.

II. Si quis unum vas cum apibus, ubi amplius non fuerit, furaverit, IDCCC. denariis, qui faciunt sol. XLV. culpabilis iudicetur, exc. cap. et dil.

III. Si quis unum vas cum apibus inter alia vasa sub tecto aut sub clave furaverit, causam superius comprehensam convenit observare.

IV. Si vero unum vas cum apibus foris tecto, ubi amplius non fuerit, furaverit, causam superius comprehensam componat.

V. Si quis ex plurimis

---

*r)* Baluz.. *materiamen.* *s)* Gloss. *truncaverit vel exciderit.*

Digitized by Google

apibus foris tecto, ubi amplius non fuerit, furaverit, causam superius comprehensam componat, excepto capitale et delatura.

VI. Si quis ex plurimis usque ad sex vasa foris tecto furaverit, DC. den. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

VII. Si autem septem aut amplius furaverit, ita ut nulla remaneant, M. DCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culpabilis iudicetur, excepto capitale et del.

usque ad sex vasa foris tecto furaverit, DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud. exc. cap. et dil.

VI. Si vero septem aut amplius furaverit, et adhuc aliqua remanserint, IDCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culp. iud. exc. cap. et dil.

VII. Si autem septem aut amplius furaverit, ita ut nulla remaneant, IDCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culp. iud. exc. cap. et dil.

## Tit. X. Si damnum in messe, vel in qualibet clausura illatum fuerit.

I. Si quis animal, aut caballum, vel quodlibet pecus in messe sua invenerit, penitus eum vastare non debet; quod si fecerit, et confessus fuerit, capitale loco restituat, ipse vero debilem ad se recipiat: si vero confessus non fuerit, et ei fuerit adprobatum, (malb. *Leodardi*) DC. den. qui faciunt solid. XV. exc. capitale et delatura.

II. Si quis vero animal, caballum, vel iumentum, in furtum pinxerit, (malb. *Stalacha*) DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iudicetur, exc. cap. et del.

III. Si quis in messe sua pecora aliena invenerit, quae pastorem non habeant, et ea incluserit, ut nulli penitus innotescat, et aliqua ex ipsis pecoribus perierint, (malb. *Texaca*) MCCCC. den. qui faciunt sol. XXXV. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

IV. Si quis animal, aut quodlibet pecus per suam negligentiam nocuerit, et confessus fuerit, ca-

## Tit. X. De damno in messe vel in qualibet clausura.

I. Si quis animal, aut caballum, vel quodlibet pecus in messe sua invenerit, penitus eum laedere non debet.

II. Quod si fecerit, et confessus fuerit, capitale in locum restituat, ipsum vero debile, quod percussit, ad se recipiat.

III. Si vero confessus non fuerit, et inde fuerit convictus, DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iudicetur exc. cap. et dil.

IV. Si quis animal aut caballum aut iumentum in furto punxerit, DC. denar.

Digitized by Google

pitale in loco restituat. Si vero negaverit, sed tamen victus fuerit, (MALB. *Leodardi*) DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur, excepto cap. et del.

V. Si alicuius porci, aut quodlibet pecus pastore illud custodiente, in messem alienam cucurrerit, et ipso negante, si ei fuerit adprobatum, (MALB. *Leodardi sive ande sitto*) ipso negante si adprobatum fuerit, DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud. exc. cap. et del.

VI. Si cuius pecora de damno, cum alios labores vastantur, aut inclaudantur, aut in domum minantur, et ea quivis expellere aut excutere praesumpserit, (MALB. *Schoto*) DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iudicetur, excepto capitale et delatura.

VII. Si vero pecora de damno inclausa fuerint, ille, cuius pecora sunt, aestimatum reddat, insuper X. denar. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

VIII. Si quis autem per inimicitiam, aut per superbiam sepem alienam ruperit, et in messem, aut in pratum, vel in quemlibet laborem pecora miserit, ille, cuius est labor, testibus eum convincat, ei reputetur damnum, et aestimatum reddet, (MALB. *Leodardi*) M. CC. den. qui faciunt sol. XXX. culp. iudicetur, exc. cap. et del.

qui faciunt sol. XV. culp. iud. exc. cap. et dil. *t)*.

V. Si quis in messe sua, pecora aliena invenerit, quae pastorem non habeant, et ea inclauserit ut nulli penitus innotescat, et aliqua ex ipsis pecoribus perierint, ICCCC. den. qui faciunt sol. XXXV. culpab. iud. exc. cap. et dil.

VI. Si quis animal, vel quodlibet pecus, per suam negligentiam nocuerit, et hoc domino eius confessus fuerit, capitale in locum restituat, et illud debile ad se recolligat.

VII. Si vero negaverit, et tamen convictus fuerit, DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud. exc. cap. et dilatura.

VIII. Si alicuius porci, aut quaelibet pecora, pastore custodiente in messem alienam cucurrerint, et ille negando fuerit convictus, DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud. exc. cap. et dilatura.

IX. Si qua pecora propter damnum messis alienae inclausa fuerint, aut minentur, qui ea excutere vel expellere praesumpserit, DC.

---

*t)* In uno Cod. Guelph. ista lex omnino deest.

Digitized by Google

den. qui faciunt sol. XV. culp. iud. exc. capitale et dilatura.

X. Si alicuius pecora propter damnum inclausa fuerint, damnum aestimatum reddat, et insuper X. den. persolvat.

XI. Si quis propter inimicitiam, aut propter superbiam, sepem alienam aperuerit, aut in messem aut in pratum, vel in vineam, sive in quemlibet laborem quaelibet pecora miserit, et testibus fuerit convictus, ei cuius labor est, aestimationem damni reddat, et insuper ICC. den. qui faciunt sol. XXX. culp. iud.

## Tit. XI. De servis vel mancipiis furatis.

I. Si quis servus aut ancilla caballum aut iumentum alterius furaverit, (malb. *Theu tha texaca*) M. CCCC. den. qui faciunt sol. XXXV. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

II. Si quis servum alienum furaverit, aut occiderit, aut vendiderit, aut ingenuum dimiserit, et ei fuerit ad probatum, (malb. *Theu texaca*) M. CCCC. denar. qui faciunt sol. XXXV. culpab. iudicetur, excepto cap. et delatura. De ancilla vero sol. XXX.

III. Si quis servus aut ancilla cum homine ingenuo, de rebus domini sui aliquid deportaverit, (malb. *Leudardi*) DC. den qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur, excepto capitale et del.

IV. Si quis homo ingenuus in texaca secum duxerit, aut aliquid

## Tit. XI. De servis vel mancipiis furatis.

I. Si quis servum aut ancillam alterius furaverit, ICCCC. den. qui faciunt sol. XXXV. culpabilis iud. exc. cap. et dil.

II. Si servus aut ancilla cum ipso ingenuo de rebus domini sui aliquid portaverit, DC. den. qui faciunt sol. XV. exc. cap. et dilat. atque causam, quam superius diximus, culp. iud.

III. Si quis servum alienum occiderit, aut vendiderit vel ingenuum dimiserit, ICCCC. den. qui faciunt sol. XXXV. culp iud. exc. cap. et dil.

IV. Si quis homo ingenuus alienum servum in

Digitized by Google

cum eo negotiaverit, (MALB. *Theu lasina*) DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

V. Si quis servum puledrum furaverit, (MALB. *Usu dredo*) M. DCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

VI. Si quis Maiorem, Infestorem, Scantionem, Mariscalcum, Stratorem, Fabrum ferrarium, Aurificem, sive Carpentarium, Vinitorem, vel Porcarium, vel Ministerialem furaverit aut occiderit, vel vendiderit valentem sol. XXV. (MALB. *Theuca texara*) M. CCCC. den. qui faciunt sol. XXXV. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

VII. Si vero maiorissam aut ancillam ministerialem valentem sol. XXV. superiorem causam convenit observare.

VIII. In alio Pacto dicit, de ipsis (MALB. *Thenca texaca, is mala texaca, amba texaca, amba othonia*) praecia haec sol. in summa LXXXV. qui faciunt den. MMMCC. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delat.

## TIT. XII. De furtis ingenuorum vel effracturis.

I. Si quis vero ingenuus de foris casa quod valent duo den.

texaga *u)* secum duxerit, aut aliquid cum eo negociaverit, DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud. exc. cap. et dil.

V. Si quis servum aut ancillam valentem sol. XV. aut XXV. furaverit, aut vendiderit, seu porcarium, aut fabrum, sive vinitorem *v)* vel molinarium aut carpentarium, sive venatorem *w)*, aut quemcunque artificem, IIDCCC. den. qui faciunt sol. LXX. culp. iud. exc. cap. et dil.

VI. Si quis puerum aut puelam de ministerio dominorum furaverit, I. den. qui faciunt sol. XXV. in capitale restituat, et insuper ICCCC. den. qui faciunt sol. XXXV. culp. iud.

## TIT. XII. De furtis ingenuorum vel infracturis *x)*.

I. Si quis ingenuus foris casa quod valet duos den.

*u)* Est. *in taxetam id est mercatum.* Gloss. Pith. *intra tecta.* *v)* Gloss. *Vinitor, ἀμπελών.* *w)* Un. Pith. addit: *sive scantionem,* Gloss. *Scantio, pincerna.* *x)* Baluz. *effracturis.*

Digitized by Google

furaverit, (MALB. *Leudardi*) DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

II. Si quis vero de foris casa, quod valet den. XL. furaverit, (MALB. *Texaca*) M. CCCC. den. qui faciunt sol. XXXV. *y)* culp. iud. exc. cap. et del.

III. Si vero ingenuus de intus casa furaverit, aut fregerit quod valent duo den. (MALB. *Antidio*) M. DCCC. qui faciunt sol. XLV. culp. iud. exc. cap. et del.

IV. Si quis vero supra quinque denarios furaverit de intro clavem M. CCCC. den. qui faciunt sol. XXXV. culpabilis iudicetur, excepto capitale et del.

V. Si vero ingenuus clavem effregerit, aut adulteraverit, et sic domum ingressus fuerit, et per furtum aliquid tulerit (MALB. *Antidio*) M. DCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culpabilis iudicetur, excepto capitale et del.

VI. Si vero effregerit, et nihil tulerit, et fugiens evadit, propter effracturam tantum M. CC. den. qui faciunt sol. XXX. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

## Tit. XIII. De furtis servorum vel effracturis.

I. Si quis servus foris casa quod valent duo denarii furaverit, et ei fuerit adprobatum, aut centum viginti ictus accipiat, aut CXX. den. qui faciunt sol. III. culp. iud. exc. cap. et del.

furaverit, DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud. exc. cap. et dil.

II. Si vero foris casa quod valet XL. den. furaverit, ICCCC. den. qui faciunt sol. XXXV. culp. iud. exc. cap. et dil.

III. Si quis ingenuus casam effregerit, et quod valet duos den. furaverit, ICC. den. qui faciunt sol. XXX. culp. iud. exc. cap. et dil.

IV. Si vero quinque aut supra quinque den. furaverit, ICCCC. den. qui faciunt sol. XXXV. culpabilis iud. exc. cap. et dil.

V. Si quis ingenuus clavem effregerit, aut adulteraverit, et sic domum ingressus fuerit, et inde aliquid per furtum tulerit, IDCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culp. iud. exc. capit. et dil.

VI. Si vero nihil tulerit, sed fugiens evaserit propter effracturam tantum ICC. den. qui faciunt sol. XXX. culp. iud.

## Tit. XIII. De furtis servorum.

I. Si quis servus foris casa quod valet duos den. furaverit, et inde convictus fuerit, aut flagellis CXX. ictus accipiat, aut pro dorso suo, CXX. den. qui faciunt sol. III. culp. iud.

---

*y)* In marg. *M. CC. den. qui faciunt sol. XXX.*

Digitized by Google

II. Si vero furaverit quod valent XL. denarii, aut castretur, aut CCXL. den. qui faciunt sol. VI. reddat. Dominus vero servi eius qui furtum fecerit, cap. et delaturam in loco restituat.

III. Quicunque alienam domum violenter disturbaverit *z)* et domus si pro firmamento Iberus habuisse prodatur, qui hoc fecerit, MDCCC. denariis culpabilis iudicetur. Et si de ipsa domo proinde cum carro aliquid trahere praesumpserit, excepto superiore numero MCC. den. qui faciunt sol. XXX. culpabilis iud. excepto capitale et delatura.

II. Si vero furaverit, quod valet XL. den. aut castretur, aut CCXL. den. qui faciunt sol. VI. reddat. Dominus autem servi, qui furtum fecerit, capitale in locum restituat.

## Tit. XIV. De ingenuis hominibus, qui mulieres ingenuas rapiunt.

I. Si qui tres homines, ingenuam puellam de casa, aut de screona rapuerint, (malb. *Authumia*) MCC. den. qui faciunt sol. XXX. culpabilis iudicetur, exc. capitale et delatura.

II. Illi vero qui super tres fuerint CC den. qui faciunt sol. V. culp. iudicentur, excepto cap. et delatura.

III. Qui cum sagittis fuerint, unusquisque illorum CXX. den. qui faciunt sol. III. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

IV. Raptor vero MMD. den. qui faciunt sol. LXII. cum dimidio, culpabilis iudicetur, exc. capitale et delatura.

V. Si vero puella, quae trahitur, in verbo Regis fuerit, propter fredum MMD. den. qui faciunt

## Tit. XIV. De ingenuis hominibus, qui ingenuas mulieres rapiunt.

I. Si tres homines ingenuam puellam de casa aut de screona *a)* rapuerint, unusquisque eorum ICÇ. den. qui faciunt sol XXX. culp. iud.

II. Illi vero alii qui super tres fuerint, unusquisque eorum CC. den. qui faciunt sol. V. culp. iud.

III. Qui cum sagittis fuerint, unusquisque eorum CXX. den. qui faciunt sol. III. culp. iudicetur.

IV. Raptor vero, IID. den. qui faciunt sol. LXII. S. culp. iud.

V. Si vero puella quae trahitur, in verbo Regis fuerit, propter fredum, IID.

---

*z)* In marg. *destruxerit.* *a)* Quatuor Codd. Pith. *screuna.*

Digitized by Google

sol. LXII. et dimidium cogatur persolvere, exc. capitale et del.

VI. Si quis puer Regis vel Lidus ingenuam feminam traxerit, de vita componat.

VII. Si vero ingenua foemina, aliquemcunque de illis, sua voluntate secuta fuerit, ingenuitatem suam perdat.

VIII. Si quis puellam sponsatam tulerit, et sibi in coniugium sociaverit, ( MALB. *Ana stheo* ) MMD. den. qui fac. sol. LXII. cum dimidio, culpabilis iudicetur.

IX. Sponso autem eius DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iudicetur.

X. Si quis puellam sponsatam druthe ducente ad maritum et eam in via aliquis adsallierit, et cum ipsa violenter moechatus fuerit, ( MALB. *Changichaldo* ) VIII M. den. qui faciunt sol. CC. culpabilis iudicetur.

XI. Si quis ingenuus ancillam alienam sibi in coniugium sociaverit *b)* ( MALB. *Honomo c* ) ipse cum ea in servitutem inclinetur *d)*.

XII. Si quis sororem, aut fratris filiam, aut certe alterius gradus consobiam, aut fratris uxorem, aut avunculi, sceleratis nuptiis sibi iunxerit, huic poenae subiaceat, ut à tali consortio separetur; atque etiam, si filios habuerint, non habeantur legitimi haeredes, sed infamia sunt notati.

XIII. Si quis ingenuam fe-

den. qui faciunt LXII. S. cogatur persolvere.

VI. Si vero puer Regis vel litus *e)* ingenuam feminam traxerit, de vita componat.

VII. Si vero ingenua foemina quenque de illis sua voluntate secuta fuerit, ingenuitatem suam perdat.

VIII. Si quis sponsam alienam tulerit *f)* et sibi in coniugium copulaverit, IID. den. qui faciunt sol. LXII. S. culp. iud.

IX. Sponso autem eius, DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud.

X. Si quis puellam, quae druchte *g)* ducitur ad maritum, in via adsalierit, et cum ipsa violenter moechatus fuerit, VIII. den. qui faciunt sol. CC. culp. iud.

XI. Si quis ingenuus ancillam alienam in coniugium acceperit, ipse cum ea in servitium implicetur *h)*.

---

*b)* In marg. *priserit capulaverit alias.* *c)* In marg. *Onemo.* *d)* In marg. *cum ipsa in servitio permaneat, implicetur alias.* *e)* Baluz. *lidus.* Gloss. *Fiscalinus vel Sanctuarius.* *f)* Glossae vel barb. mss. *ademtis, tultis.* g) Guelf. un. *dructhe.* Guelf. alter : *de dructe.* Est. *Tracte.* Gloss. Est. *per nuptiatores.* Gloss. Pith. *sponsata.* *h)* Est. *applicetur, dum ipsa vixerit tantum.*

Digitized by Google

minam, aut puellam, contubernio facto, seu in itinere, aut quolibet loco adsalierit, et vim illi inferre praesumpserit, tam unus quam plurimi, qui in ipsa violentia fuerint admixti, CC. sol. unusquisque ipsorum culpabilis iudicetur. Et si adhuc de illo contubernio remanserint, qui scelus istud non admisisse noscuntur, et tamen ibidem fuerint, si plures aut minori numero quam tres fuerint, eorum quilibet pro ipsis XLV. sol. culp. iud.

## Tit. XVI. De eo qui uxorem tulerit alienam, vivo marito.

I. Si quis uxorem alienam vivo marito tulerit, (malb. *Abtica*, et in alia mente, *Arba theus en lanthamo*) VIIIM. den. qui faciunt sol. CC. culpabilis iudic.

II. Si quis cum puella per virtutem moechatus fuerit, (malb. *Theurora*) MMD. den. qui faciunt sol. LXII. cum dimido, culpabilis iudicetur.

III. Si quis cum ingenua puella, et spontanea voluntate amborum partium coiverit, et in occulto moechatus fuerit, (malb. *Frio lasia*) M. DCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culpabilis iud.

IV. Si quis lidam alienam in coniugium sociaverit, M. CC. den. qui faciunt sol. XXX. culpabilis iudicetur.

XII. Si quis uxorem alienam vivo marito tulerit, VIII. den. qui faciunt sol. CC. culp. iud.

XIII. Si quis cum ingenua puella per virtutem moechatus fuerit, IID. qui faciunt sol. LXII. S. culp. iud.

XIV. Si quis cum ingenua puella desponsata ea consentiente in occulto moechatus fuerit, IDCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culp. iudicetur.

XV. Si quis lidam alienam in coniugium sociaverit, ICC. den. qui faciunt sol. XXX. culp. iud.

XVI. Si quis sororis *i*) aut fratris filiam, aut certe alterius *k*) gradus consobrinam, aut fratris uxorem, aut avunculi *l*) sceleratis

*i*) Baluz. *sororem*. *k*) Oisell. et duo Pith. *ulterius*. *l*) Est. *avunculum*.

Digitized by Google

## Tit. XVII. De superventis vel expoliationibus.

I. Si quis hominem ingenuum superventum expoliaverit, (malb. *Mosedo*) MMD. den. qui faciunt sol. LXXX. cum dimidio, culpabilis iudicetur.

II. Si vero Romanus, Barbarus, Salecum Francum expoliaverit, causam superius comprehensam convenit observare.

III. Si vero Francus Romanum expoliaverit, (malb. *Mosedo*) M. CC. denar. qui faciunt sol. XXX. culpabilis iudicetur.

IV. Si quis hominem, qui alicubi migrare disponit, et dirigere habet praeceptum Regis, et si aliunde ierit in Mallum publicum, et aliquis extra ordinationem Regis restare eum facit, aut adsalire praesumpserit, (malb. *Alacfacis, via lacina*) VIIIM. den. qui faciunt solid. CC. culpabilis iudicetur.

nuptiis sibi iunxerit, huic poenae subiaceat, ut a tali consortio separetur. Atque, etiam si filios habuerint, non habeantur legitimi heredes, sed infamia sint notati *m*).

## Tit. XV. De eo qui hominem ingenuum expoliaverit. *n*)

I. Si quis hominem ingenuum in superventu *o*) expoliaverit, IID. den. qui faciunt sol. LXII. S. culpabilis iudic.

II. Si Romanus homo Francum expoliaverit, IID. den. qui faciunt sol. LXII. S. culpabilis iudicetur.

III. Si vero Francus Romanum expoliaverit, ICC. den. qui faciunt sol. XXX. culp. iud.

IV. Si quis hominem praeceptum regis habentem contra ordinationem regis adsalire, vel viae lacinam *p*) ei facere praesumpserit, VIII. den. qui faciunt sol. CC. culp. iud.

V. Si quis hominem ingenuum dormientem furto expoliaverit, IIII. den. qui faciunt sol. C. culp. iud. exc. cap. et del.

## Tit. XVI. De eo qui villam alienam adsalierit.

*Habetur infra post Tit. XVII.*

---

*m*) Bignonius hoc caput a plerisque Codd. abesse monuit. Nec in vetustissimo Codice Guelf. extat; in reliquis vero duobus adest. *n*) Duo Pith. *De superventis et expoliationibus.* *o*) Gloss. επιριπτω *superventum facio.* *p*) Thuan. et Baluz. *laciniam.* Est. *adsalierit vel violentiam etc.*

Digitized by Google

V. Si quis hominem mortuum antequam in terram mittatur in furtum expoliaverit, (MALB. *Chreo mosdo*) M. DCCC. den. qui faciunt solid. XLV. et in alia sententia MMD. denar. qui faciunt sol. LXII. cum dimidio, culpabilis iudicetur.

VI. Si quis hominem mortuum effodierit, et expoliaverit, (MALB. *Thurni chalt*) IIIIM. den. qui faciunt sol. C. culpabilis iudicetur.

VII. Et postea parentes defuncti, iudicem rogare debent, ut inter homines non habitet auctor sceleris; et qui ei hospitium dederit, antequam parentibus satisfaciat, DC. den. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur.

VIII. Si quis mortuum hominem aut in oſſo *q*), aut in petra, quae vasa ex usu sarcophagi dicuntur, super alium miserit, MMD. den. qui faciunt solid. LXII. et dimidium, culpabilis iudicetur.

IX. Si quis aristatonem super hominem mortuum capulaverit, de unoquoque DC. den. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur.

X. Si quis hominem dormientem expoliaverit, (MALB. *Chreo mosdo*) IIIIM. den. qui faciunt solid. C. culpabilis iudicetur.

## TIT. XVII. De eo qui mortuum hominem expoliaverit.

I. Si quis hominem mortuum, antequam in terram mittatur, furtu expoliaverit, IIII. den. qui faciunt sol. C. culpab. iudicetur.

II. Si quis hominem mortuum effoderit, et expoliaverit, VIII. den. qui faciunt sol. CC. culp. iud. Et postea parentes defuncti iudicem rogare debent, ut inter homines non habitet auctor sceleris, et qui ei hospitium dederit, antequam parentibus satisfaciat, DC. den. qui faciunt solid. XV. culp. iud.

III. Si quis mortuum hominem aut in noſſo *r*), aut in petra, quae vasa ex usu sarcophagi dicuntur, super alium miserit, IID. den. qui faciunt sol. LXII. S. culp. indicetur.

IV. Si quis aristatonem *s*) super hominem mortuum capulaverit, de unoquoque DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud.

---

*q*) In marg. *auſa*. *r*) Tres Pith. *nauſa*. Gloss. *Sarcoſago ligneo*. *s*) Gloss. Pith. *Staplum super tumulum missum*.

## Tit. XVIII. De eo qui villam alienam adsalierit.

I. Si quis villam alienam adsalierit, (malb. *Alac Falthio*) M. CC. den. qui faciunt solidos XXX. culpabilis iudicetur.

II. Si quis villam adsalierit alienam, et ibidem ostia fregerit, canes occiserit, aut hominem plagaverit, vel in carro aliquid exinde duxerit, (malb. *Turpha falchio*) VIIIM. den. qui faciunt sol. CC. culpabilis iudicetur.

III. Et quicquid inde abstulit, in locum restituat, et quicumque in eius contubernio fuisse convicti *t)* fuerint, unusquisque eorum MMD. den. qui faciunt solid. LXII. et dimidium, culpabilis iudicetur.

## Tit. XIX. De incendiis.

I. Si quis casam quamlibet, intus dormientibus hominibus incenderit, ei cuius casa est, (malb. *Andebau*) MMD. den. qui faciunt solid. LXII. et dimidium culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura. Illi vero qui exinde evaserint, unusquisque ex ipsis eum mallare debent, per Malberg seu Landevevas, et IIIIM. den. qui faciunt solid. C. culpabilis iudicetur unicuique eorum.

II. Et quicquid ibi perdiderint, in locum restituatur.

III. Si aliqui ibidem remanse-

## Tit. XVI. De eo qui villam alienam adsalierit.

I. Si quis villam alienam adsalierit *u)*, ipse et omnes qui convicti fuerint, quod in eius contubernio *v)* fuissent, IID. den. qui fac. sol. LXII. S. unusquisque ipsorum culpabilis iudicetur.

II. Si quis villam alienam adsalierit, et ibidem ostia fregerit, canes occiderit vel homines plagaverit, aut in carro aliquid inde abduxerit VIII. den. qui faciunt sol. CC. culp. iud. et quicquid inde abstulerit, in locum restituat.

III. Et quanticunque in eius contubernio fuisse convicti fuerint, unusquisque illorum IID. den qui faciunt sol. LXII. S. culp. iudic.

## Tit. XVIII. De incendiis.

I. Si quis casam quamlibet intus hominibus dormientibus incenderit, ei cuius casa fuit, IID. den. qui faciunt sol. LXII. S. culpabilis iudicetur, excepto capitali et dilatura. Et quanticunque intus fuerint et evaserint, mallare eum debent, et unicuique illorum IID. den. qui faciunt sol. LXII. S. componat, et quicquid ibi perdiderint, in locum restituat. Et si aliquis intus arserit, ille qui in-

*t)* In marg. *vel superventi.* *u)* Est. addit: *cum collecta.* *v)* Gloss. *auxilio.*

rint, (MALB. *Leudi*) IIIIM. den. qui faciunt solid. C. culpabilis iudicetur.

IV. Et ille qui incendium misit, parentibus uniuscuiusque defuncti VIIIM. den. qui faciunt sol. CC. culpabilis iudicetur.

V. Secundum Legem Salicam hoc convenit observare, ut quicunque domum alienam arserit, et is res, quas liberaverit, non habuerit ubi reponat.

VI. Si in Mallum vocatus fuerit, et is qui vocatus est non venit, si eum aut infirmitas aut Ambascia dominica detinuerit, vel forte aliquem de proximis mortuum intra domum suam habuerit, per istas Sumis se poterit homo excusare; alias de vita componat, aut CC. sol. culpabilis iudicetur.

VII. Si quis Spicarium aut Machalum cum annona incenderit, (MALB. *Saldeban*) MMD den. qui faciunt sol. LXII. cum dimidio culpabilis iudicetur.

VIII. Si quis Sudenn cum porcis, scuriam cum animalibus, vel foenile incenderit, (MALB. *Saldeba leosdeba*) MMD. den. qui faciunt solidos LXII. et dimidium, culpabilis iudicetur.

IX. Et si aliquid non remanserit ibidem, (MALB. *Leudi*) VIIIM. den. qui faciunt solid. CC. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

X. Si quis cuncida alienam capulaverit, (MALB. *Bila*) DC. den.

cendium misit, parentibus defuncti VIII. den. qui faciunt sol. CC. culp. iud.

II. Si quis spicarium *w)* aut macholum *x)* cum annona incenderit, IID. den. qui faciunt sol. LXII. S. culpabil. iud. excepto capitali et dilatura.

III. Si quis sudem cum porcis, scuriam cum animalibus, vel fenile *y)* incenderit, IID. den. qui faciunt sol. LXII. S. culpabilis iudicetur, excepto capitali et dilatura.

IV. Si quis concisam *z)* vel saepem alterius capula-

---

*w)* Gloss. *horreum cum tecto.* *x)* Quatt. Pith. et Baluz. *maholum.* Guelf. *moffolum.* Gloss. *horreum sine tecto.* Est. *Si quis picharium (id est Cellarium) aut Macholum (id est Canavam) etc.* *y)* Gloss. *locus ubi foenum ponunt.* *z)* Un. Pith. *concidem.* Baluz. *concidam.*

Digitized by Google

qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur.

XI. Si quis vero cuncida, vel sepe incenderit, (MALB. *Bica a*) DC. den. qui faciunt solidos XV. culpabilis iudicetur.

## Tit. XX. De Vulneribus.

I. Si quis alterum voluerit occidere, et colpus praetersallierit, (MALB. SEU LANDOVEVAS) MMD. den. qui faciunt sol. LXII. et dimidium, culpabilis iudicetur.

II. Si quis alterum de sagitta toxicata percutere voluerit, similiter (MALB.) et causam superius convenit observare.

III. Si quis hominem plagaverit, et sanguis ad terram cadit, et ei fuerit adprobatum, (MALB. *Charfrido b*) DC. den. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur.

IV. Si quis hominem in capite plagaverit, et exinde ossa exierint, (MALB. *Charfrido*) MCC. den. qui faciunt solid. XXX. culpabilis iudicetur.

V. Si quis hominem ita plagaverit, ut cerebrum appareat, et tria ossa desuper cerebro exierint (MALB. *Aude afenus*) MDCCC. den. qui faciunt. solid. XLV. culpabilis iudicetur.

VI. Si vero intra costas aut in ventrem, ita ut vulnus ad interanea pervenerit, et semper currat, et non sanat, (MALB. *Friob-litto*) MMD. den. qui faciunt solid. LXII. cum dimidio, excepta medicatura, pro qua solid. VIIII.

verit vel incenderit, DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud.

## Tit. XIX. De vulneribus.

I. Si quis voluerit alterum occidere, et colpus *c)* ei fallierit, vel cum sagitta toxicata eum percutere voluerit, et ei ictus fallierit, IID. den. qui faciunt sol. LXII. S. culpabilis iudicetur.

II. Si quis hominem in capite ita plagaverit, ut sanguis ad terram cadat, DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud.

III. Si quis hominem in capite ita plagaverit, ut inde tria ossa exeant, ICC. den. qui faciunt sol. XXX. culp. iudic.

IV. Si quis hominem in capite ita plagaverit, ut cerebrum appareat, et tria ossa desuper cerebrum exierint, IDCC. den. qui faciunt sol. XLV. culp. iud.

V. Si vero intra costas vulnus intraverit et usque ad intrania *d)* pervenerit ICC. den. qui faciunt sol. XXX. culp. iud.

---

*a*) In marg. *bicha*, *biggeo*. *b*) In marg. *leodardi*. *c*) Un. Bign. *colaphus*. Gloss. *ictus*. *d*) Baluz. *intranea*.

Digitized by Google

componat, qui faciunt denar. CCLX.

VII. Si quis ingenuus ingenuum cum fuste percusserit et sanguis tamen non exierit, usque ad tres colpos, (MALB. *Wadfaltho*) CCCLX. den. qui faciunt solid. VIIII. culpabilis iudicetur, id est, per unumquemque ictum semper ternos solid. solvat.

VIII. Si vero sanguis exierit, taliter culpam componat, quantum si eundem ferramento vulnerasset, hoc est DC. den. qui faciunt solid. XV.

IX. Si quis alius clauso pollice ter alium percusserit, (MALB. *Wadefaltho*) CCC. LX. den. qui faciunt sol. VIIII. culpabilis iudicetur, ut pro unoquoque ictu ternos solidos componat.

X. Si quis alterum in via adsallierit, et eundem raubaverit, (MALB. *Chaeroeno*) MCC. den. qui faciunt solid. XXX. culpabilis iudicetur.

XI. Si quis alterum in via adsallierit, et expoliare tentaverit, et ille fuga evaserit, (MALB. *Mosdo*) MCC. den. qui faciunt sol. XXX. culpabilis iudicetur.

## TIT. XXI. De eo, qui hominem innocentem apud Regem accusaverit.

I. Si quis hominem innocentem, absentem apud Regem accusaverit, (MALB. SEU LANDOVEVAS) MMD. den. qui faciunt sol.

VI. Si vero plaga ipsa semper currit, et ad sanitatem non pervenerit, IID. den. qui faciunt sol. LXII. S. culp. iud. excepta medicatura, quae est CCCLX. den. qui faciunt sol. IX.

VII. Si quis ingenuus ingenuum fuste percusserit, et tamen sanguis non exierit, usque ad tres colpos, pro unoquoque ictu CXX. den. qui faciunt sol. III. solvat.

VIII. Si vero sanguis exierit, ita componat, veluti eum de ferramento vulnerasset, id est, DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud.

IX. Si quis alterum clausa manu, id est, pugno percusserit, CCCLX. den. qui faciunt sol. IX. culp. iud. videlicet ut pro unoquoque ictu III. sol. reddat.

X. Si quis alterum in via adsalierit, et expoliare tentaverit, et ille fuga evaserit, ICC. den. qui faciunt sol. XXX. culp. iud.

XI. Si vero ceperit eum, et expoliaverit, IID. qui faciunt sol. LXII. S. culp. iud. exc. capitali et dilatura.

## TIT. XX. De eo, qui hominem innocentem et absentem (ad regem *e*) accusaverit.

I. Si quis hominem innocentem et absentem de culpis minoribus ad regem accusaverit, IID. den. qui

*e)* Desunt in uno Guelf.

Digitized by Google

LXII. cum dimidio, culpabilis iudicetur.

II. Si vero tale crimen ei imputaverit, unde mori debuisset, si verum fuisset, ille qui eum accusaverit VIIIM. den. qui faciunt sol. CC. culpabilis iudic.

## Tit. XXII. De Maleficis.

I. Si quis alteri herbas dederit bibere ut moriatur, (malb. *Affectu Leudi*) VIIIM. den. qui faciunt sol. CC. culpabilis iudicetur. Et si is, cui maleficium fecerit, evaserit (malb. *Tho wespho ac faltho*) MMD. den. qui faciunt sol. LXII. cum dimidio, culpabilis iudicetur.

II. Si quae mulier, alteri mulieri maleficium fecerit, ut infantem habere non possit, MMD. denar. qui faciunt sol. LXII. cum dimidio, culpabilis iudicetur.

III. Si vero quis quod alius dedit veneficium biberit, et mortuus non fuerit f), (malb. *Tho wesfo ac faltho*) MMD. den. qui faciunt sol. LXII. cum dimidio, culpabilis iudicetur.

IV. Si quis alteri aliquod maleficium superiactaverit, sive cum ligaturis in aliquo loco miserit, MMD. den. qui fac. sol. LXII. et dimidium, culpabilis iudicetur.

## Tit. XXIII. De manu mulierum non stringenda.

I. Si homo ingenuus foeminae ingenuae digitum aut manum instrinxerit g) (malb. *Chamni*) DC.

faciunt sol. LXII. S. culpabilis iudicetur.

II. Si vero tale crimen imputaverit, unde mori debuisset, si verum fuisset, ille qui eum accusaverit, VIII. den. qui faciunt sol. CC. culp. iud.

## Tit. XXI. De maleficiis.

I. Si quis alteri herbas dederit bibere, et mortuus fuerit, VIII. den. qui faciunt sol. CC. culpabilis iud.

II. Si vero biberit, et mortuus non fuerit, IID. den. qui faciunt sol. LXII. S. ille qui dedit pro aliquo maleficio, culp. iud.

III. Si quis alteri aliquod maleficium superiactatus fuerit sive cum ligaturis in quolibet loco miserit, IID. den. qui faciunt sol. LXII. S. culp. iud.

IV. Si quis mulieri herbas dederit, ut infantes habere non possit, IID. den. qui faciunt solid. LXII. S. culp. iud.

## Tit. XXII. De eo qui mulieri ingenuae manum strinxerit.

I. Si quis homo ingenuus foeminae ingenuae manum aut digitum strinxe-

---

f) In marg. *evaserit.* g) In marg. *exstrinxerit.*

den. qui faciunt sol. XV. culp. iudicetur.

II. Et ei si brachium destrinxerit, (MALB. *Chamnum*) MCC. den. qui faciunt sol. XXX. culp. iudicetur.

III. Certe si super cubitum manum strinxerit, (MALB. *Chamnin mane charde*) MCCCC. qui faciunt solid. XXXV. culpabilis iudicetur.

IV. Si quis mulieri mamillam capulaverit, (MALB. *ibidem bruche*) M. CCC. den. qui faciunt sol. XLV. culpabilis iudicetur.

rit DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud.

II. Si vero brachium strinxerit, ICC. den. qui faciunt sol. XXX. culpabilis iudicetur.

III. Si autem super cubitum manum miserit, ICC CC. den. qui faciunt sol. XXXV. culp. iud.

IV. Si ergo mamillam strinxerit, IDCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culp. iud.

## Tit. XXIV. De navibus furatis.

I. Si quis extra consilium domini sui, navem alienam movere praesumpserit, aut cum ea flumen transierit, (MALB. *Flemere*) CXX. den. qui faciunt sol. III. culpabilis iudicetur.

II. Si quis ipsam navem furaverit, (MALB. *Flemere*) DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur.

III. Si quis ascum de intro clavem furaverit, (MALB. *Cham zy asco*) MDCCC. den. qui fac. sol. XLV. culp. iud.

IV. Si quis ascum de intro clavem repositum, et in suspenso pro studio positum furaverit, (MALB. *Cham zy asco*) MDCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culp. iudicetur.

## Tit. XXIII. De eo qui navem sine permissu domini moverit aut furaverit.

I. Si quis sine permissu navem alienam movere praesumpserit et cum ea flumen transierit CXX. den. qui faciunt sol. III. culp. iud.

II. Si vero ipsam navem furaverit, DC den. qui fac. sol. XV. culp. iud. excepto cap. et dil.

III. Si quis navem vel ascum *h)* de intro clavem furaverit, ICCCC. denar. qui faciunt solid. XXXV. culp. iud. exc. cap. et dil.

IV. Si quis ascum de intro clavem repositum, et in suspenso pro studio positum furaverit, IDCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culp. iud. exc. cap. et dil.

(*h* Est. *asclum*. Gloss. Est. *id est scaphula*.

Digitized by Google

## Tit. XXV. De furtis in molino commissis.

I. Si quis ingenuus, annonam alienam in molino furaverit, MALB. *Authedio* id est, cui molinus est ipsius molinario DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur: ei vero cuius annona fuisse probatur, alios XV. solid. similiter solvat, excepto capitale et delatura.

II Si quis Sclusam de farinario alieno ruperit, (MALB. *Urbis via lacina*) DC. den. qui faciunt solid. XV. culp. iud.

III. Si quis ferramentum de molino alieno furaverit, (MALB. *Authedio*) M. DCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culpabilis iudicetur.

## Tit. XXVI. De caballo ascenso.

I. Si quis caballum extra consilium domini sui ascenderit, et eum caballaverit, (MALB. *Leudardi* et in alia mente *Burgositto*) DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur, et pro eo quia ascenderit, quando descendet, similiter alios XV. sol. solvat.

## Tit. XXVII. De furtis diversis.

I. Si quis tintinnum de porcina aliena furaverit, (MALB. *Aurappo*) DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud.

II. Si quis vero pedicam de caballo furaverit, et ei fuerit adprobatum, (MALB. *Leudardi*) CXX.

## Tit. XXIV. De furtis in molino commissis.

I. Si quis ingenuus in molino alieno annonam furaverit, ei cuius molinus est, DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iudicetur. Ei vero cuius annona est, similiter DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud. excepto cap. et dil.

II. Si quis ferramentum de molino alieno furaverit, IDCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culp. iud. exc. cap. et dil.

III. Si quis sclusam de farinario alieno *i*) ruperit, DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud.

## Tit. XXV. De caballo sine permissu domini sui ascenso.

I. Si quis caballum sine permissu domini sui ascenderit, et eum caballicaverit, DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud. Et pro eo, quia descenderit similiter aliis DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud.

## Tit. XXIX. De furtis diversis.

I. Si quis tintinnum de porcina aliena furaverit, DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud.

II. Si vero de pecoribus tintinnum furaverit, CXX.

---

*i*) Est. *clausuram de molino alieno.*

den. qui faciunt sol. III. culp. iudicetur.

III. Si vero ipsi caballi perierint, capitale in locum restituat.

IV. Si quis tintinnum de pecoribus furaverit, (MALB. *Leudardi*) CXX. den. qui faciunt sol. III. culp. iud.

V. Si quis messe aliena in furtum metere praesumpserit *k*), aut repascere inventus fuerit ibidem, (MALB. *Leudardi*) DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur.

VI. Si quis in hortum alienum ad furtum ingressus fuerit, aut in napinam, vel in fabariam, in pisariam, in lenticulariam, (MALB. *Leudardi*) DC. den. qui faciunt sol. XV. culp iud.

VII. Si quis aliquid de campo alieno furaverit, et hoc exinde in carro aut per caballum duxerit, (MALB. *Leudardi*) M. DCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culpabilis iudicetur.

VIII. Si vero tantum priserit, quantum in dorso suo portare valuerit, (MALB. *Leudardi*) DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud.

IX. Si quis pratum alienum secaverit, operam *l)* suam perdat, et insuper sol. XV. culpabilis iudicetur: et si ipsum foenum

den. qui faciunt solidos III. culp. iud.

III. Si quis skellam *m)* de caballis furaverit, DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud.

IV. Si quis pedicam de caballis furaverit, CXX. den. qui faciunt sol. III. culp. iudicetur.

V. Si caballi ipsi perierint, capitale in locum restituat.

VI. Si quis messem alienam per furtum metere, aut reffare *n)*, praesumpserit, DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud.

VII. Si quis hortum alienum ingressus fuerit, DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud.

VIII. Si quis impotos *o)* de milario *p)*, aut de pyrario tulerit, CXX. den. qui faciunt sol. III. culpabilis iudicetur.

IX. Si vero in horto fuerint, DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud.

X. Si quis miliarium aut pyrarium decorticaverit *q)*, CXX. den. qui faciunt sol. III. culp. iudicetur.

---

*k*) In marg. *messem alienam tripaverit aut mederit.* *l*) In marg. *laborem.* *m*) Baluz. *schillam.* *n*) Guelf. un. *repare.* Alterum *ressare.* Est. *treſſare.* Gloss. Est. *id est spicanti evellere.* Gloss. Pith. *Raptor, reoſere. Messor, riſtere.* *o*) Est. *impotus.* Gloss. Est. *id est poma.* Gloss. Pith. *fructus paestin.* *p*) Baluz. *melario.* Gloss. *Malarium pomum.* *q*) Un. Pith. *excervicaverit.*

Digitized by Google

in carro carraverit, et ad domum suam adduxerit r), (MALB. *Leudardi*) M. DCCC. den. qui fac. sol. XLV. culpabilis iud. exc. capitale et delatura.

X. Si vero tantum priserit, quantum in dorso suo portare potuerit, (MALB. *Leudardi*) DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud.

XI. Si quis vineam alienam in furtum vindemiaverit, (MALB. *Leudardi*) DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur. Et si ipse vinum in carro carraverit, et ad domum suam duxerit et discarraverit, (MALB. *Leudardi*) M. DCCC. den. qui faciunt solidos XLV. culpabilis iudicetur de messe vero similiter convenit observare.

XII. Si quis in silua materiam, aut ligna furaverit, aut incenderit, vel capulaverit, (MALB. *Leudardi*) DC. den. qui fac. sol. XV. culpabilis iudicetur.

XIII. Si quis rete ad anguillas de flumine involaverit, (MALB. *Ob dopus*) DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur.

XIV. Si quis statuam aut tremagolum s) vel vertebolum de flumine furaverit, (MALB *Nasthus, Texacha*) DC. den. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur.

XV. Si quis screona, qui clavem habet, infregerit, (MALB. *Nasche streonas anthedi*) M. DCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culpabilis iudicetur.

XI. Si vero in horto fuerint, DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud.

XII. Si quis cultellum alienum furaverit, DC. den. qui fac. sol. XV. culp iud.

XIII. Si quis in napinam t) in fabariam, in pisariam, in lenticulariam, vel in his similia ad furtum faciendum ingressus fuerit, CXX. den. qui faciunt sol. III. culpabilis iudicetur.

XIV. Si quis in campo alieno linum furaverit, et hoc in caballo aut in carro duxerit, DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud.

XV. Si vero tantum tulerit, quantum in dorso suo portare potuerit CXX. den. qui faciunt sol. III. culp. iud. exc. cap. et dil.

XVI. Si quis in agro alieno arborem insertam exciderit, ICC. den. qui faciunt sol. XXX. culpabilis iudicetur.

XVII. Si quis campum alienum araverit et seminaverit, IDCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culpabilis iudicetur.

XVIII. Si vero tantum araverit, et non seminaverit, DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iud.

XIX. Si quis aratrum in campum alienum intrare prohibuerit, vel arantem foras iactaverit vel testaverit, u) DC. den. qui faciunt

---

r) In marg. *discurraverit.* s) In marg. *tremaclum.* t) Est. *rapinam.* u) Un. Pith. *aratrum de campo alieno anteostaverit, aut testaverit.* Est. *restaverit, id est vetaverit.*

XVI. Si quis screona sine clave fregerit, (MALB. *Obdon*) DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur.

XVII. Si vero de screona clavem fregerit, et nihil exinde tulerit, (MALB. *Leudardi*) DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur, pro sola effractura.

XVIII. Si quis campum alienum araverit, et non seminaverit, (MALB. *Leudardi*) DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur.

XIX. Si quis in campo alieno araverit, et seminaverit, (MALB. *Ob reppus*) M. CC. den. qui faciunt sol. XXX. culpabilis iud.

XX. Si quis vero de campo alieno aratrum anteortaverit, aut iactaverit, *v)* (MALB. *anh unerbo*) DC. den. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur.

XXI. Si quis in potus de pomario, aut de pinario diruperit, (MALB. *Leudardi*) CXX. qui faciunt solid. III. culpabilis iudic.

XXII. Sin in horto fuerit (MALB. *Ortopodun*) DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudic.

XXIII. Si quis melarium aut pirarium decorticaverit, (MALB. *Leudardi*) CXX. denariis, qui faciunt solid. III. culpabilis iud. sol. XV. culpabilis iudicetur.

XX. Si quis pratum alienum secaverit, laborem suum perdat, et insuper DC. den. qui faciunt solid. XV. culp. iud.

XXI. Et si inde foenum ad domum suam in carro duxerit, et discargaverit, IDCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culp. iud. exc. cap. et dil.

XXII. Si vero tantum tulerit, quantum in dorso suo portare potuerit, CXX. den. qui faciunt sol. III. culp. iud. exc. cap. et dil.

XXIII. Si quis vineam alienam per furtum vindemiaverit, DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur.

XXIV. Et si inde vinum in carro ad domum suam adduxerit, et discargaverit, IDCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culp. iud. exc. cap. et dil. *w)*

XXV. De messibus autem similiter convenit observare.

XXVI. Si quis clausuram alienam ruperit, DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud.

XXVII. Si quis in sylva materiamen alienum aut incenderit aut capulaverit DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud.

XXVIII. Si quis materiamen de una parte dolatum

*v)* In marg. *aratrum in campum alienum intrare prohibuerit, vel arantem foris vastaverit.* *w)* Est. addit: *et si in caballo adduxerit, XII. sol., et si in dorso VI. sol. culp. iud.*

XXIV. Si vero in horto fuerit, (MALB. *Ortobaum*) DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iud.

XXV. Si quis cultellum alienum furaverit DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudic.

XXVI. Si quis clausuram alienam ruperit DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur.

XXVII. Si quis materiam de una parte dolatam furaverit, (MALB. *Leudardi*) CXX. denariis qui faciunt sol. III. culpabilis iudicetur.

XXVIII. Si quis arborem post annum quam fuerit signata priserit, nullam exinde habeat culpam; si quis infra annum eam capulaverit, CXX. den. qui fac. sol. III. culpabilis iudicetur.

XXIX. Si quis in agro alieno arborem insertam exciderit, MCC. den. qui faciunt sol. XXX. culpabilis iudicetur.

XXX. Si quis mulieri brachiale furaverit, (MALB. *Subtho*) CXX. den. qui faciunt sol. III. culpabilis iudicetur.

furaverit, CXX. den. qui faciunt sol. III. culpabilis iudicetur.

XXIX. Si quis arborem post annum, quam fuerit signata, capulare praesumpserit nullam exinde habeat culpam.

XXX. Si infra annum quis eam capulaverit, CXX. den. qui faciunt sol. III. culp. iud.

XXXI. Si quis rete ad anguillas capiendas de flumine furaverit, IDCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culp. iudic.

XXXII. Si quis statuam *x)* aut tremaclum *y)* vel vertuolum *z)* de flumine furaverit, DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud.

XXXIII. Si quis screonam, quae clavem habet, effregerit, et aliquid furaverit, IDCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culp. iud.

XXXIV. Et si inde nihil tulerit, pro sola effractura, DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud.

XXXV. Si vero screonam, quae sine clave est, effregerit, DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud.

XXXVI. Si quis cum servo alieno sine consensu domini sui aliquid negociaverit, DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud.

XXXVII. Si quis mulieri brachile *a)* furaverit, CCC. den. qui faciunt sol. III. culp. iud.

---

*x)* Duo Pith. *stauam.* Gloss. Est. *statuam id est retias.* *y)* Quatt. Pith. *stramaculam, tramaculum, trimaclem, tremalium.* Est. *tremaculum.* *z)* Quinq. Pith. et Baluz. *vertivolum.* *a)* Un. Guelf. *brachialem.*

Digitized by Google

XXXI. Si quis per casam alienam sine permissu possessoris *b)* traxerit, (MALB. *Ala chescido*) MCC. den. qui faciunt sol. XXX. culpabilis iudicetur.

XXXVIII. Si quis casam alienam sine permissu possessoris traxerit, ICÇ. den. qui faciunt sol. XXX. culpabilis iudicetur.

## TIT. XXVIII. De Homicidiis parvulorum.

## TIT. XXVI. De his qui pueros vel puellas occiderint vel totonderint.

I. Si quis puerum infra duodecim annorum, non tonsoratum occiserit, (MALB. *Aschara leudardi*) XXIIIIM. den. qui faciunt solid. DC. culpabilis iudicetur.

I. Si quis puerum infra duodecim annos sive crinitum sive incrinitum occiderit, XXIIII. den. qui faciunt sol. DC. culp. iudicetur.

II. Si vero puerum crinitum sine consilio aut voluntate parentum totonderit, (MALB. *Schuisara chrogino*) MMD. den. qui faciunt sol. LXII. et dimidium culpabilis iudicetur.

II. Si quis puerum crinitum sine voluntate parentum totonderit, IDCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culp. iud.

III. Si vero puellam similiter sine patris aut matris voluntate totonderit, (*Theoctidia c)*) MDCCC. den. qui faciunt solid. XLV. culpabilis iudicetur.

III. Si vero puellam totonderit. IID. den. qui fac. sol. LXII. S. culp. iud.

IV. Si quis foeminam ingenuam gravidam trabattit, et ipsa foemina fuerit mortua, (MALB. *Anuano leudinia*) XXVIIIM. den. qui faciunt solid. DCC. culpabilis iudicetur.

IV. Si quis foeminam gravidam occiderit XXVIII. den. qui faciunt. sol. DCC. culpabilis iudicetur.

V. Si quis vero infantem in ventre matris suae *d)* occiderit (MALB. *Anowado*) VIIIM. den. qui faciunt sol. CC.

V. Si quis infantem in ventre matris suae, aut natum antequam nomen habeat infra VIII. noctes occiderit, IIII. den. qui faciunt sol. C. culp. iud.

VI. Si quis puer infra duodecim annorum aliquam culpam commiserit, fredus ei non requiratur.

VI. Si quis puellam ingenuam infra annos, antequam infantes possit habere occiderit, VIII. den. qui faciunt sol. CC. culp. iud.

VII. Si quis foeminam inge-

VII. Si quis foeminam

*b)* In marg. *domini sui.* *c)* In marg. *Werdarda et thercoheata.*
*d)* In marg. *aut antequam habeat nomen: aut natum inter novem noctes.*

Digitized by Google

nuam, postquam infantes habere non potest, occiderit, (MALB. *Leodinia*) VIIIM. denar. qui faciunt sol. CC. culpabilis iudic.

VIII. Si quis foeminam ingenuam, postquam coeperit infantes habere, occiderit, (MALB. *Leodinia*) XXIIIIM. den. qui faciunt solid. DC. culpabilis iudicetur.

IX. Si quis puellam ingenuam *e)* occiderit, (MALB. *Ex mala leudi*) VIIIM. den. qui faciunt sol. CC. culpabilis iudicetur.

ingenuam postquam infantes coepit habere, occiderit XXIV. den. qui faciunt solidos DC. culp. iud.

VIII. Si quis foeminam *g)* postquam infantes habere non potuerit, occiderit, VIII. den. qui faciunt sol CC. culp. iud.

IX. Si quis puer infra duodecim annos aliquam culpam commiserit, fredus ei non requiratur.

## TIT. XXIX. De adulteriis ancillarum.

I. Si quis ingenuus cum ancilla aliena moechatus fuerit, (MALB. *Anilasina f)*) DC. den. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur.

II. Si vero cum ancilla regia moechatus fuerit, (MALB. *Theulasina*) M. CC. den. qui faciunt solid. XXX. culp. iud.

III. Si vero servus cum ancilla moechatus fuerit, CXX. den. qui faciunt sol. III. componat.

IV. Si servus ancillam alienam extra voluntatem domini sui ad coniugium sociaverit, (MALB. *Authanio*) CXX. den. qui faciunt sol. III. culp. iud.

V. Si quis Francus alienam ancillam sibi publice iunxerit, ipse cum ea in servitute permaneat.

## TIT. XXVII. De adulteriis ancillarum.

I. Si quis ingenuus cum aliena ancilla moechatus fuerit, DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iud.

II. Si quis vero cum regis ancilla moechatus fuerit, ICC. den. qui faciunt sol. XXX. culp. iud.

III. Si quis Francus alienam ancillam sibi publice iunxerit, ipse cum ea in servitio permaneat.

IV. Si servus cum ancilla aliena moechatus fuerit, et de ipso crimine mortua fuerit, servus ipse aut castretur, aut CCXL. den. qui faciunt sol. VI. culp. iud. Dominus vero servi capitale in locum restituat.

V. Si autem ancilla propter hoc mortua non fuerit, servus ipse aut CXX. ictus accipiat, aut CXX. denar. qui faciunt sol. III. domino ancillae cogatur persolvere.

---

*e)* In marg. *infra annos quam infantes habere possit.* *f)* In marg. *theolasina wirtico.* *g)* Est. *foeminam ingenuam.*

VI. Si servus cum ancilla moechatus fuerit, et de ipso crimine ancilla mortua fuerit, servus ipse aut castretur, aut CCXL. den. qui faciunt sol. VI. culpab. iud. dominus vero servi capitale in locum restituat. Si autem ancilla propter hoc non fuerit mortua, servus ipse aut CXX. ictus accipiat, aut CXX. den. qui faciunt sol. III. domino ancillae cogatur persolvere.

VI. Si quis servus ancillam alienam sine voluntate domini sui sibi in coniugium copulaverit, CXX. den. qui faciunt sol. III. culp. iud. aut CXX. ictus accipiat.

## Tit. XXX. De libertis dimissis.

I. Si quis Lidum alienum extra consilium domini sui ante Regem per denarium ingenuum dimiserit, (MALB. *Maltho theato meolito*) IIIIM. den. qui faciunt sol. C. culp. iudicetur, et capitale domino ipsius restituat.

II. Res vero ipsius Lidi legitimo domino restituantur *h)*.

III. Si quis servum alienum ante Regem per denarium ingenuum dimiserit, (MALB. *Maltho theata meotheos*) M. CCCC. den. qui faciunt sol. XXV. culpabilis iudicetur, excepto capitale quod domino restituatur; res vero ipsius servi proprius dominus recipiat.

## Tit. XXVIII. De libertis dimissis.

I. Si quis lidum alienum, qui cum domino suo in hoste fuerit, sine consilio domini sui ante regem per denarium ingenuum dimiserit, IIII. den. qui faciunt sol. C. culp. iud. Res vero ipsius lidi legitimo domino restituantur.

II. Si quis servum alienum ante regem per denarium ingenuum dimiserit, ICCCC. den. qui faciunt sol. XXXV. culp. iud. et cap. in locum restituat, et res servi ipsius proprius dominus recipiat.

## Tit. XXIX. De furtis diversis.

*Vide supra post Tit. XXV.*

## Tit. XXXI. De Elocationibus.

I. Si quis in furtum aliquem locare *i)* voluerit ut hominem interficiat, et inde pretium acci-

## Tit. XXX. De locationibus.

I. Si quis furtim aliquem locaverit, ut hominem interficiat, et pretium propter

---

*h)* In marg *reformentur.* *i)* In marg. *elocare.*

piat, (MALB. *Auvena*) IIIIM. den. qui faciunt sol. C. culp. iud.

II. Si quis in furtum aliquem elocare voluerit, ut hominem intercipiat, et pretium ab hoc acceperit, et non fecerit cui fuerit adprobatum, (MALB. *seu lando esa*) MMD. qui faciunt sol. LXII. et dimid. culp. iud.

III. Similiter et ille qui pretium accepit ut hominem occideret, MMD. den. qui faciunt sol. LXII. et dimidium culp. iud.

IV. Si quis in furtum elocatum, acceptum pretium, hominem occidere voluerit, et non fecerit, (MALB. *seu landoesa*) MMD. den. qui faciunt sol. LXII. cum dimid. culp. iud.

V. Si vero per tertium locatio ipsa fuerit transmissa, MMD. den. qui faciunt sol. LXII. et dimid. culp. iud. unusquisque illorum, scilicet dans, accipiens et portans.

hoc dederit *l)*, IID. denar. qui faciunt solid. LXII. S. culp. iud.

II. Similiter et ille qui pretium accepit, ut hominem occideret, IID. den. qui faciunt sol. LXII. S. culp. iud.

III. Si vero per tertium locatio ipsa fuerit transmissa, IID. den. qui faciunt sol. LXII. S. culp. iud. Sic dans accipiens, portans, unusquisque illorum culp. iud.

## TIT. XXXII. De debilitatibus.

I. Si quis *k)* alterum manu aut pede capolaverit, de manu capolata, unde homo mancus est, et ipsa manus super eum pendit, (MALB. *sichte*) MMD. den qui faciunt sol. LXII. et dimidium culpabilis iudicetur.

II. Si vero ipsa manus superexcussa fuerit, (MALB. *Chamin*) IIIIM. den. qui faciunt sol. C. culp. iud.

## TIT. XXXI. De debilitatibus.

I. Si quis alteri manum aut pedem truncaverit, vel oculum effoderit aut auriculam vel nasum amputaverit, IIII. den. qui faciunt sol. C. culp. iud.

II. Si vero manus ipsa ibidem mancata pependerit, IDCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culp. iud.

*k)* In marg. *Si quis altri manum aut pedem truncaverit, vel oculum effoderit, aut auriculam vel nasum amputaverit IIIIM. den. qui fac. sol. C., culp. iud. Si vero manus ipsa ibidem pependerit* (Malb. chaminis) *MDCCC. qui fac. sol. XLV. culp. iud. Si manus ipsa perexcussa fuerit* (Malb sochte) *MMD. den. qui fac. sol. LXII. et dimidium culp. iud.* *l)* Est. *pretium propter hoc acceperit et non fecerit.*

III. Si quis pollicem de manu vel pede excusserit, ( MALB. *Alachtam*) MDCCC. den. qui fac. sol. XLV. culp. iud.; si vero ipse pollex in ipsa manu mancatus pependerit, ( MALB. *Alachtamo chaminis*) MCC. den. qui faciunt sol. XXX. culp. iud.

IV. Si secundum digitum, quo sagittatur, excusserit, ( MALB. *Alatham briorodero* ) MCCCC. den. qui faciunt sol. XXXV. culpabilis iudicetur.

V. Si quis alteri tres sequentes digitos pariter uno ictu excusserit, ( MALB. *Chaminis* ) M. DCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culp. iud.

VI. Si quis medianum digitum excusserit ( MALB. *Taphano m*) DC. den. qui faciunt solid. XV. culp. iud.

VII. Si vero quartum digitum excusserit, ( MALB. *Malegano* ) DC. denar. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur.

VIII. Si minimus digitus excussus fuerit, ( MALB. *Minechleno*) DC. denar. qui faciunt sol. XV. culp. iud.

IX. Si vero pes capolatus fuerit, mancus ibidem tenuerit, (MALB. *chal de china chamin* ) M. DCCC. denar. qui faciunt solid. XLV. culp. iud.

X. Si vero pes capulatus fuerit, et mancus ibidem tenuerit, ( MALB. *chul de china chamin* ) M. DCCC. den. qui faciunt solid. XLV. culp. iud.

XI. Si vero ipse pes excus-

III. Si manus ipsa percussa fuerit, IID. den. qui faciunt solid. LXII. S. culp. iud.

IV. Si quis pollicem de manu vel pede excusserit, IDCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culp. iud.

V. Si vero ipse pollex mancatus pependerit, ICC. den. qui faciunt sol. XXX. culp. iud.

VI. Si secundum digitum, quo sagittatur, excusserit, ICCCC. den. qui faciunt sol. XXXV. culpab. iudicetur.

VII. Si quis tres sequentes digitos pariter uno ictu excusserit, IDCCC. denar. qui faciunt sol. XLV. culpabilis iud.

VIII. Si quis medium digitum excusserit, DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iud.

IX. Si quis quartum digitum excusserit, DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iud.

X. Si minimum excusserit, pariter DC. den. qui fac. sol. XV. culp. iud.

XI. Si quis pedem alterius capulaverit et ibi mancatus remanserit, IDCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culp. iud.

XII. Si vero pes ipse

---

*m*) In marg. *repphano*. *n*) In marg. *in elechano*.

sus fuerit, (MALB. *Chaldachina sichte* o) MMD. den. qui faciunt solid. LXII. cum dimidio, culpabilis iudicetur.

XII. Si quis alteri oculum tulerit, (MALB. *Liclamina*) MMD. denar. qui faciunt sol. LXII. et dimidium, culp. iud.

XIII. Si quis nasum alteri excusserit, (MALB. *Frasitto*) MDCCC. denar. qui faciunt sol. XLV. culpabilis iud.

XIV. Si quis auriculam alteri excusserit, (MALB. *Chunni cleura*) DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur.

XV. Si quis alterum lingua capolaverit, unde loqui non possit, (MALB. *al chaltua*) IIIIM. den. qui faciunt sol. C. culp. iud.

XVI. Si quis dentem excusserit, (MALB. *in clanina*) DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iud.

XVII. Si quis ingenuum castraverit, aut virilia transcapolaverit, unde mancus sit, (MALB. *Wiradardi*) IIIIM. den. qui faciunt sol. C. culp. iud.

XVIII. Si vero ad integrum tulerit virilia, (MALB. *Alacharde*) VIIIM. den. qui faciunt solid. CC. culp. iud.

XIX. Si quis Salecus Salecum castraverit, VIIIM. den. culpabilis iudicetur, qui faciunt sol. CC. excepta medicatura, quae componatur sol. IX.

XX. Si quis Antrussionem castraverit, XXIIIIM. den. qui faciunt solid. DC. culpabilis iudicetur, excepta medicatura, quae VIIII sol. componatur.

perexcussus fuerit, IID. den. qui fac. sol. LXII. S. culp. iudicetur.

XIII. Si quis alteri oculum evellerit, IID. denar. qui faciunt sol. LXII. S. culpabilis iud.

XIV. Si nasum excusserit, IDCCC. den. qui fac. sol. XLV. culp. iud.

XV. Si auriculam excusserit, DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud.

XVI. Si quis linguam alterius amputaverit ut loqui non possit, IIII. den. qui fac. sol. C. culp. iud.

XVII. Si dentem excusserit, DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud.

XVIII. Si quis ingenuus ingenuum castraverit, aut virilia truncaverit, ut mancus fiat, IIII. den. qui faciunt sol. C. culp. iud.

XIX. Si vero ad integrum tulerit, VIII. denar. qui fac. sol. CC. culp iud.

---

o) In marg. *channa chlora.*

## Tit. XXXIIII. De Convitiis.

I. Si quis alterum cinitum vocaverit, (malb. *Quintuo*) DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur.

II. Si quis alterum falsatorem, et mulier alteram mulierem meretricem clamaverit (malb. *Extrabo*) DC. den. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur.

III. Si quis alterum concacatum aut vulpeculam vocaverit, CXX. den. qui faciunt sol. III. culpabilis iudicetur.

IV. Si quis alterum leporem clamaverit, CCXL. den. qui faciunt solid. VI. culpabilis iudicetur.

V. Si quis homo ingenuus alio improperaverit, quod scutum suum iactasset, et fuga lapsus fuisset, et non potuerit adprobare (malb. *Austrapo*) DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur.

VI. Si quis alterum delatorem clamaverit, et non potuerit adprobare (malb. *Leudardi*) DC. den. qui faciunt solid. XV. culp. iudicetur.

## Tit. XXXII. De conviciis.

I. Si quis alterum cenitum *p)* clamaverit, DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iudicetur.

II. Si quis alterum concagatum clamaverit, CXX. den. qui faciunt sol. III. culp. iud.

III. Si quis alterum vulpiculam clamaverit, CXX. den. qui faciunt sol. III. culp. iud.

IV. Si quis alterum leporem clamaverit, CCXL. den. qui faciunt sol. VI. culp. iud.

V. Si quae mulier ingenua aut vir mulierem meretricem clamaverit, et non poterit adprobare, sol. XLV. culp. iud. *r)*

VI. Si quis alteri imputaverit, quod scutum suum proiecisset in hoste, vel fugiendo prae timore, CXX. den. qui faciunt sol. III. culp. iud.

VII. Si quis alterum delatorem *s*) clamaverit, et non potuerit comprobare, DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud.

VIII. Si quis alterum falsatorem clamaverit, et non potuerit comprobare,

---

*p*) Guelff. *cennitum, cinidum.* Gloss. Est idest *Arga.* Gloss. Pith. *oculum erutum habentem.* *q*) Gloss. *sordidatum.* *r*) Pith. hunc paragraphum in omnibus exemplaribus, praeterquam in vetustiori defuisse notavit. *s*) Gloss. Est. idest *Lindegarium.* Gloss. Pith. ***mendacem vel latratorem.***

Digitized by Google

DC. den. qui faciunt solid. XV. culp. iud.

*Editio Baluzii addit:*

IX. Si quis compari suo pittum excusserit, CXX. den., qui faciunt sol. III., culp. iud., aut similem illi reddat, vel cum duodecim iuret, quod similem illi restituisset.

## TIT. XXXIV. De via lacina.

I. Si quis Baronem de via ortaverit, aut inpinxerit, (MALB. *via lacina*) DC. den qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur.

II. Si vero mulierem ingenuam de via sua ortaverit, aut impinxerit, (MALB. *Urbis via lacina*) MDCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culpabilis iudicetur.

III. Si quis in via alterum adsalierit, et eum raubaverit, (MALB. *Chereno*) MCC. den. qui faciunt sol. XXX. culpabilis iudicetur.

IV. Si quis viam, quae ad farinarium *t*) ducit, clauserit (MALB. *Urbis via lacina*) DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iudicetur.

## TIT. XXXIII. De via lacinia. *u*)

I. Si quis Baroni *v*) viam suam obstaverit, aut eum impinxerit, DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud.

II. Si quis mulieri ingenuae viam suam obstaverit, vel eam impinxerit, IDCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culp. iud.

III. Si quis viam, quae ad farinarium ducit, clauserit, DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud.

## TIT. XXXV. De ligaminibus ingenuorum.

I. Si quis hominem ingenuum sine caussa ligaverit, (MALB. *obrepus, andrepus*) MCC. den. qui faciunt sol. XXX. culp. iud.

II. Si vero eum ligatum in aliquam partem duxerit, (MALB. *Andrepus*) MDCCC. den. qui faciunt sol. XL. culp. iud.

III. Si vero Romanus Francum ligaverit sine caussa, MCC. den. qui faciunt solid. XXX. culp. iud.

## TIT. XXXIV. De eo, qui hominem ingenuum sine causa ligaverit.

I. Si quis hominem ingenuum sine causa ligaverit, ICC. denar. qui faciunt sol. XXX. culpabilis iudicetur.

II. Si vero eum ligatum in aliquam partem duxerit, IDCCC. den. qui faciunt solid. XLV. culp. iud.

III. Si Romanus Francum ligaverit sine causa, ICC. den. qui faciunt sol. XXX. culp. iud.

---

*t*) In marg. *vadi.* *u*) Baluz. et quatt. Pith. *lacina.* *v*) Gloss. *baro, ανηρ.*

Digitized by Google

IV. Si vero Francus Romanum ligaverit sine causa, DC. denar. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur.

V. Si quis ligatum per superbiam aut per virtutem a Gravione tulerit, (MALB. *Mitho fosa stadivo*) vitam suam redimat.

IV. Si autem Francus Romanum ligaverit sine causa, DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud.

V. Si quis hominem noxium ligatum per vim tulerit grafioni, vitam suam redimat.

## Tit. XXXVI. De venationibus.

I. Si quis aliqua de venatione, de avibus aut de piscibus furaverit, (MALB. *Leudardi*) DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur.

II. Quam legem tam de venationibus quam de piscationibus convenit observare.

III. Si quis cervum domesticum signum habentem furaverit, aut occiderit qui ad venationem faciendam mansuetus factus est, et telarium cum testibus potuit adprobare, quod extelarius fuisset, (MALB. *Trovandio*) MDCCC. denar. qui faciunt sol. XLV. culpabilis iudicetur.

IV. Si quis vero alium cervum domesticum, qui in venatione adhuc non fuisset, occiderit, aut furaverit, (MALB. *Trovvidio w) cham stala*) MCCCC.

## Tit. XXXV. De venationibus.

I. Si quis de diversis venationibus aliquid aut furaverit, aut celaverit, IDCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culp. iudicetur. Quam legem tam de venationibus quam de piscationibus convenit observare.

II. Si quis cervum domesticum signum habentem aut occiderit, aut furaverit, qui ad venationem faciendam mansuetus factus est, et cum testibus comprobare dominus eius potuerit, quod eum in venatione habuisset, et cum ipso duas aut tres feras occidisset, IDCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culp. iud.

III. Si quis vero cervum domesticum, qui in venatione adhuc non fuit, aut occiderit aut furaverit, ICCCC. den. qui faciunt sol. XXXV. culp. iudicetur.

IV. Si quis cervum, quem alterius canes moverunt aut lassaverunt, occiderit et celaverit, DC. den.

w) In marg. *throu uido.*

den. qui faciunt sol. XXXV. culpabilis iudicetur.

V. Si quis cervum lassum, quem alterius canes moverunt et adlassaverunt, involaverit, aut celaverit, (MALB. *Trochvvido*) DC. den. qui fac. sol. XV. culp. iud.

VI. Si quis aprum, quem alieni canes moverunt, et alassaverunt, occiderit, vel furaverit, (MALB. *Arwernon*) DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud.

## TIT. XXXVII. De sepibus.

I. Si quis tres virgas unde sepes superligata est, vel retortas capulaverit, aut aperuerit, (MALB. *Leudardi*) DC. denar. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur.

II. Si quis per alienam messem, postquam levaverit, herbice traxerit, aut cum carro sine via transierit, (MALB. *Leudardi*) DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur.

III. Si quis per alienam messem iam expalmitantem sine via transierit, causam superius convenit observare.

IV. Si quis per malum ingenium, in curtem alterius vel in casam, vel ubilibet aliquid de furato miserit, nesciente domino cuius possessio est, ubi inventum fuerit qui hoc miserat, (MALB. *Ferthebero*) MMD. denar. qui faciunt sol. LXII. (cum dimidio, culpabilis iudicetur.

qui faciunt sol. XV. culp. iudicetur.

V. Si quis aprum lassum, quem alieni canes moverunt, occiderit, vel furaverit, DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud.

## TIT. XXXVI. De sepibus.

I. Si quis tres virgas, cum quibus sepes superligata est, vel retortas, quibus sepes continetur, capulaverit, aut tres cambortas x) excervicaverit, DC. den. qui fac. sol. XV. culp. iud.

II. Si quis per alienam messem, postquam germina produxerit, herpicem traxerit, aut cum carro sine via transierit, CXX. den. qui fac. sol. III. culp iud.

III. Si quis per messem alienam, postquam in culmum erigitur, sine via cum carro transierit, DC. den. qui fac. sol. XV. culp. iud.

IV. Si quis per malum ingenium in curtem alterius, vel in casam, vel ubicunque miserit aliquid, quod furatum est, nesciente domino, cuius possessio est, et ibidem inventum fuerit, ille qui per malum ingenium hoc miserit, IID. den qui faciunt sol. LXII. S. culpabilis iudicetur.

---

x) Gloss. *quae sepem desuper firmant.*

V. Si quis sepe concisa aliena arserit, (MALB. *Bila*) DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur.

*Editio Baluzii addit:*

V. Si quis in curte alterius post solis occasum in furtum ingressus fuerit et ibidem fuerit inventus IDCCC. den. qui fac. sol. XLV. culp. iud.

## Tit. XXXVIII. De homicidiis servorum, vel expoliationibus.

I. Si quis servus servum vel se consimilem occiderit, (MALB. *Theu leude*, aut *Theu leudinia*) hoc convenit, ut homicidam illum domini inter se dividant.

II. Si quis ingenuus servum alienum adsalierit et expoliaverit, et insuper quadraginta denarios ei tulisse probatur, (MALB. *Theu nosdo*) DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur.

III. Si vero minus tulerit quam valent XL. denarii, DC. denariis, qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur.

IV. Si quis servum alienum battiderit, et ei insuper quadraginta noctes trigaverit opera sua (MALB. *Daudinariae*) XL. den. qui faciunt sol. I. triente uno culpabilis iudicetur.

V. Si quis servum alienum mortuum expoliaverit per furtum, et spolia ipsa plus quam XL. denarios valeant tulerit, (MALB. *Then frio mosido*) DC. den. qui faciunt. sol. XV. *y)* culpabilis iudicetur.

VI. Si quis vero homo Inge-

## Tit. XXXVII. De homicidiis servorum et ancillarum.

I. Si quis servus servum aut ancillam sibi consimilem occiderit, homicidam illum *z)* domini inter se dividant.

II. Si quis ingenuus servum alienum adsallierit, et expoliaverit, et convictus fuerit, quod ei plus, quam XL. den. valent, tulisset, ICC. den. qui faciunt sol. XXX. culp. iudicetur. *a)*

III. Si vero minus quam XL. den. valent tulerit, DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud.

IV. Si quis servum alienum flagellaverit, et in XL. noctibus operare non potuerit XL. denar. qui fac. sol. I. et trianti uno quod est tertia pars solidi, culp. iud.

V. Si quis homo ingenuus lidum alienum expoliaverit, ICCCC. den. qui faciunt sol. XXXV. culpabilis iud.

VI. Si quis servum alie-

---

*y)* In marg. *XXXV. sol. componat. Si vero usque XL. den. tulerit XV. sol. persolvat.* *z)* Est. *homicidium illud.* *a)* Gloss. Est. addit: *Iudicant Franci qui XL. aut plusquam XL. den. valent, furatus fuerit, ut sit latro. Qui vero minus non sit.*

Digitized by Google

nuus Lidum alienum expoliaverit, (MALB. *Theu mosido*) MCCCC. den. qui faciunt solid. XXXV. culpabilis iudicetur.

num mortuum per furtum expoliaverit, et spolia ipsa plusquam XL. den. valeant, ICCCC. den. qui faciunt sol. XXXV. culp. iud.

VII. Si autem spolia minus quam XL. den. valeant DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud.

VII. Si servus hominem ingenuum occiderit, ipse homicida pro medietate compositionis occisi parentibus tradatur, et aliam medietatem dominus servi se noverit soluturum: sed si servus legem intellexerit, poterit dominus se obmallare, ut ipse leudem non solvat.

VIII. Si servus ingenuum hominem occiderit, ipse homicida pro medietate compositionis occisi parentibus tradatur; et aliam medietatem dominus servi se noverit soluturum, aut si legem intellexerit *b)*, potuerit se obmallare, ut leudem non solvat.

## Tit. XXXIX. De Quadrupedibus, qui hominem laedunt.

I. Si aliquis homo, ex quolibet quadrupede, qui domesticus fuerit, occidatur, et hoc cum testibus potuerit adprobari, dum illius dominus, cuius pecus erat, ante legem non adimplevit, medietatem de ipsa leudi componat, et pro alia medietate ipsum quadrupedem homini donet. Si vero pecoris dominus vitium in eo non intellexerit, secundum legem exinde se potest defendere, et de ipso pecore nihil solvat.

## Tit. XXXVIII. De Quadrupedibus si hominem occiderint.

I. Si quis homo à qualibet pecude domestica fuerit occisus, et hoc parentes illius testibus potuerint comprobare, quod dominus pecudis antea legem non adimpleverit, medietatem compositionis dominus ipsius quadrupedis, qui est auctor criminis, pro medietate compositionis restituat requirenti, eo videlicet modo si dominus quadrupedis non intellexerit secundum legem se defendere.

---

*b)* Gloss. Est. *id est si homo ille qui occisus est, aut parentes domino vel servo illi malefecerint, ut per legem sint culpabiles, poterit se reclamare, ut leudem non solvat, vel non tribuat quicquam, nisi quod servum tradat, et priusquam tradiderit eum, dicat, illum servum non habere, unde mallatus est et liberabitur à compositione medietatis.*

Digitized by Google

## Tit. XL. De vestigio minando.

I. Si quis bovem aut caballum sive quodlibet animal in furto perdiderit et eiusdem vestigia sequitur, et id consecutus fuerit usque in tertia nocte, et ille, qui id duxerit, aut emisse se, aut cambiasse dixerit, aut proclamaverit, ille qui per vestigia sequitur, res suas per tertiam manum adrhamire debet. Si vero iam tribus noctibus exactis, qui res suas quaerit, et invenerit, apud quem inveniuntur, si eas emisse aut cambiasse dixerit, ipsi liceat adrhamire. Qui vero per vestigium sequitur, quod se agnoscere dicit, illo alio reclamante, non offerre per tertiam manum voluerit, nec solum secundum legem calcaverit, et ei violenter, quod se agnoscere dicit, tulisse convincitur (MALB. *Mittinio frastatitio c*) MCC. den. qui faciunt sol. XXX. culp. iud.

## Tit. XXXIX. De vestigio minando

I. Si quis bovem aut caballum, vel quodlibet animal sibi furatum perdiderit et eum per vestigium sequendo fuerit consecutus infra tres noctes, et ille qui eum ducit, se comparasse aut cambiasse dixerit, vel proclamaverit, ille qui per vestigium sequitur res suas, debet per tertiam manum adhramire. Si vero iam tribus noctibus exactis, qui res suas quaesiverit, et invenerit, ille apud quem inveniuntur, si eas emisse aut cambiasse se dixerit, liceat ei adrhamire. Quod si ille qui per vestigium sequitur, quod se agnoscere dicit, illo alio reclamante, per tertiam manum adhramire noluerit, nec solum secundum legem culcaverit *d)*, sed ei violenter quod se agnoscere dicit, tulisse convincitur, ICC. den. qui faciunt sol. XXX. culp. iud.

## Tit. XLI. De furtis caballorum.

I. Si quis caballum, qui carrucam trahit, furaverit, (MALB. *Chanco*) MDC. den. qui faciunt sol. XL. culpabilis iudic. exc. capitale et delatura.

II. Si quis caballum spathum furaverit, (MALB. *Chengisto*) M. CCCC. den. qui faciunt solidos

## Tit. XL. De caballis furatis.

I. Si quis caballum qui carrucam *e)* trahit, furaverit, IDCCC. den. qui fac. sol. XLV. culp. iud. exc. cap. et dil.

II. Si quis Waranionem homini Franco furaverit, IDCCC. den. qui fac. sol.

---

*c)* In marg. *frastathinto.* *d)* Al. Pith. *collocaverit.* *e)* Quatt. Pith. *carrugam.* Al. *carruam.*

Digitized by Google

XXXV. culp. iud. exc. capitale et delatura.

III. Si quis Waranannionem homini Franco furaverit, (MALB. *Wadrido*) MDCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culpabilis iudicetur, excepto cap. et del.

IV. Si quis Waranionem Regis furaverit, (MALB. *Setheo*) MM. CCCC. den. qui faciunt sol. LX. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

V. Si quis admissarium cum grege, hoc est, cum VII. aut XII. equabus, furaverit, (MALB. *Huicthe Sonistha*) MMDC. den. qui faciunt sol. LXII. cum dimidio, culpabilis iudicetur, exc. cap. et delatura.

VI. Si autem de grege minus fuerint usque ad sex capita, et pretium et caussam superius convenit observare.

VII. Si quis Franco homini admissarium furaverit, (MALB. *Wadredo*) MDCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culp. iud. exc. cap. et del.

VIII. Si quis puledrum furaverit, (MALB. *Wadredo*) MDCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culp. iud. exc. cap. et del.

IX. Si quis puledrum anniculum sive bimulum furaverit, (MALB. *Napodero*) DC. den. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

X. Si vero sequentem pule-

XLV. culp. iud. exc. cap. et dil.

III. Si quis caballum spadatum furaverit, ICCCC. den. qui fac. sol. XXXV. culp. iud. exc. cap. et dil.

IV. Si quis Waranionem Regis furaverit, IIIDC. den. qui faciunt sol. XC. culp. iud. exc. cap. et dil.

V. Si quis admissarium *f)* cum grege, hoc est cum VII. aut XII. equabus furaverit IID. den. qui fac. sol. LXII. S. culp. iud. exc. cap. et dil.

VI. Si autem de grege minus fuerit usque VI. capita, et pretium et causam superius intimatam convenit observare *g)*.

VII. Si quis puledrum *h)* anniculum vel bimum furaverit, DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud. exc. cap. et dil.

VIII. Si vero sequentem poledrum furaverit, CXX. den. qui faciunt sol. III. culp. iud. exc. cap. et dil.

IX. Si quis iumenta aliena tribatterit *i)*, et evaserint, DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud.

X. Si autem mortua in-

*f)* Gloss. *qui omni tempore cum equabus est.* *g)* Est. addit: *Si vero minus de sex fuerint, M. den. qui faciunt sol. XXV. culpabilis iud. exc. cap. et dil.* *h)* Quatt. Pith. *puletrum.* Al. *poletrum.* Baluz. *poledrum.* *i)* Al. Pith. *trebatterit, debilitaverit, percusserit.*

Digitized by Google

trum furaverit (MALB *Nare*) CXX. denar. qui faciunt sol. III. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

XI. Si quis iumenta aliena tribatterit, et evaserint, (MALB. *Stalathia*) MCC. den. qui faciunt solid. XXX. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

XII. Si autem mortua inde fuerint, MCC. denar. qui faciunt sol. XXX. culpabilis iudicetur.

XIII. Si quis equam praegnantem *k)* furaverit, (MALB. *Estalathia*) M. DCCC. den. qui faciunt solidos XLV. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

XIV. Si quis iumentum aut caballum furaverit, MCCCC. den. qui faciunt sol. XXXV. excepto capitale et delatura.

XV. Si quis admissarium alienum sine consensu domini sui spadaverit. (MALB. *Andechobina*) DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur; et unumquodque iumentum, quod ille inire consueverat, trientem; quod est tertia pars solidi, id est XIII. den. et tertia pars unius denarii.

XVI. Si quis per superbiam aut per inimicitiam caballos aut iumenta aliena tribaverit, vel debilitaverit, (MALB. *Stala sthia*)

de fuerint, ICC. den. qui faciunt sol. XXX. culp. iud.

XI. Si quis praegnantem equam furaverit, IDCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culp. iud.

XII. Si quis iumentum aut caballum furaverit, ICCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culp. iud. exc. cap. et dil.

XIII. Si quis admissarium alienum sine consensu domini sui spadaverit, DC. den. qui fac. sol. XV. culp. iudicetur. Et per unumquodque iumentum, quae ille continere consueverat, triaen *l)* componat, quod est tertia pars solidi, id est XIII. denarii, et tertia pars unius denarii.

XIV. Si quis per superbiam aut inimicitiam caballos aut iumenta aliena tribatterit, vel debilitaverit ICC. den. qui faciunt sol. XXX. culp. iud.

XV. Si quis caballum alienum sine consensu domini sui excurtaverit *m)* CXX. den. qui faciunt sol. III. culp. iud.

XVI. Si quis caballum alienum excorticaverit *n)* CXX. den. qui faciunt sol. III. culp. iud.

---

*k)* In marg. *iumentum praegnans.* *l)* Duo Pith. *triante uno.* Guelf. *triente uno.* *m)* Quinq. Pith. *scurtaverit.* *n)* Duo Pith. *excoriaverit.*

Digitized by Google

MCC. denar. qui faciunt. sol. XXX. culpabilis iudicetur.

XVII. Si quis caballum alienum sine consensu domini sui excorticaverit, (MALB. *Leudardi*) CXX. den. qui faciunt sol. III. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

## Tit. XLII. De plagiatoribus.

I. Si quis mancipia aliena sollicitaverit, et convictus fuerit, (MALB. *Theu la sina*) DC. den. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur.

II. Si servus alienus fuerit furatus, et ipse trans mare fuerit ductus, (MALB. *Viridio*) sive in quamlibet regionem ipsum duxerit, et ibidem a domino suo inventus fuerit, et ipsum, a quo in patria aliena plagiatus est, in Mallo publico nominaverit, et tres ibidem testes colligere dominus debet; et iterum cum servus ipse citra mare fuerit revocatus, in altero Mallo iterum debet nominare qui eum plagiaverit, et ibidem similiter tres testes colligere debet; ad tertium vero Mallum similiter facere debet, ut novem testes iurent, quod servum ipsum aequaliter per totos Mallos super plagiatorem dicentem audissent. Sic postea qui eum plagiaverit, MCCCC. den. qui faciunt sol. XXXV. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura.

III. Quae confessio servi usque ad tres plagiatores admittatur, ea tamen ratione, ut nomina hominum et villarum aequa-

## Tit. XLI. De his qui aliena mancipia sollicitaverint.

I. Si quis mancipium alienum sollicitaverit et convictus fuerit, DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud.

II. Si quis servum alienum plagiaverit, id est per circumventionem de servitio domini sui abstraxerit, et trans mare sive in quamlibet regionem ipsum duxerit, et ibidem à domino suo inventus fuerit, et ipsum à quo in patria plagiatus est, in mallo publico nominaverit, et tres ibidem testes dominus habere debet, et iterum, cum servus ipse citra mare vel de qualibet regione fuerit revocatus, in altero mallo debet nominare, qui eum plagiaverit, et ibidem similiter tres testes debent adesse. Ad tertium vero mallum similiter fieri debet, ut novem testes iurent, quod servum ipsum aequaliter semper super plagiatorem dicere audissent. Sic postea qui eum plagiaverit ICCCC. den. qui faciunt sol. XXX. culpabilis iudicetur, excepto capitali

Digitized by Google

liter per totos tres mallos debeat nominare.

IV. Si quis hominem ingenuum plagiaverit, et vendiderit, et postea in patriam reversus fuerit, (MALB. *Frio faltovo*, seu *Audelfecto*) VIIIM. denar. qui faciunt solid. CC. culpabilis iudicetur.

V. Si quis hominem ingenuum vendiderit, et postea in patriam reversus non fuerit, (MALB. *Fal cham*) VIIIM. denar. culpabilis iudicetur, qui faciunt sol. CC.

## TIT. XLIII. De servo qui de furto fuerit inculpatus.

I. Si cuius servus in furtum fuerit inculpatus, si talis causa est unde ingenuus DC. den. qui faciunt sol. XV. componere debeat, servus super scamno trusus CXX. ictus accipiat; si vero antequam torqueatur fuerit confessus, et ei cum domino suo convenit, CXX. den. qui faciunt sol. III. dorsum suum redimat, dominus vero suus capitale restituat. Requirenti autem si maior culpa fuerit, unde ingenuus MCCCC. den. qui faciunt sol. XXXV. solvere debet, similiter servus CXXI. colaphos accipiat. Et si in ipso supplicio confessus fuerit illi qui eum torquet, et ipse servum adhuc magis vult torquere etiam nolente domino, pignus domino servi dare debet, et sic servus ad supplicia maiora datur; et si confessus fuerit, nihil ei super domi-

et dilatura. Ea tamen ratione, ut nomina hominum et villarum aequaliter per totos tres mallos debeat nominare.

III. Si quis hominem ingenuum plagiaverit, vel vendiderit, et postea in patriam reversus fuerit, IV. den. qui faciunt sol. C. culp. iudicetur.

IV. Si quis hominem ingenuum vendiderit et postea in patriam ad propria reversus non fuerit VIII. den. qui faciunt sol. CC. culp. iud.

## TIT. XLII. De servo qui de furto fuerit interpellatus.

I. Si cuius servus de furto fuerit interpellatus, si talis causa est, unde ingenuus DC. den. qui faciunt sol. XV. componere debeat, servus super scamnum tensus CXX. ictus accipiat.

II. Si vero antequam torqueatur, fuerit confessus, et domino eius ita placuerit, CXX. den. qui faciunt sol. III. pro dorso reddat, et capitale dominus servi in locum restituat

III. Si autem talis culpa fuerit, de qua ingenuus, ICCCC den. qui faciunt sol. XXXV. componere debeat, similiter servus CXX. ictus accipiat tensus.

IV. Et si in ipso supplicio fuerit confessus, aut castretur, aut CCXL. den. qui

Digitized by Google

num credatur, ipse vero illum servum habiturus, qui eum torsit, et dominus servi, qui iam pignus accepit, pretium pro servo recipiat.

II. Si vero infra priora supplicia, id est CXXI. colaphis, fuerit confessus, aut castretur, aut CCXL. denarios, qui faciunt solidos VI. reddat: dominus autem servi capitalem in locum restituat.

III. Requirenti vero si talis culpa est, unde homo ingenuus sive Francus VIIIM. den. qui faciunt sol. CC. culp. iud. servus solidis XV. id est DC. den. componat. Si vero in maioribus criminibus servus inveniatur, unde Ingenuus MDCCC. den. qui faciunt sol. XLV. possit iudicari, et inter supplicia confessus fuerit, capitali sententia feriatur.

IV. Si autem servus de quolibet crimine inculpatus, dominus servi, si praesens est, ab eo qui repetit admoneatur, ut servum ad iusta supplicia reddat. Et qui repetit virgas habeat paratas, quae in similitudinem minimi digiti grossitudinem habeant; et scamnum paratum habere debet et ibi servum ipsum extendere debet. Si dominus servi supplicium detulerit, et servus praesens fuerit, continuo ipse qui repetit, domino servi solidos VI. solvat. Dominus vero servi capitale in locum restituat requirenti.

V. Et si servus confessus non fuerit, et ille, qui eum torquet, adhuc ipsum servum torquere voluerit, (etiam nolenti *o*) domino servi pignus donare debet, et ipsum servum ad maiora supplicia retinere. Et si postea servus ad maiora supplicia traditus confessus non fuerit, qui eum torquebat, ipsum habeat; dominus vero servi, de quo iam pignus acceperat, pretium pro ipso servo suo suscipiat.

VI. Si vero supra dominum servus confessus fuerit, nunquam credatur.

VII. Si vero maiori crimine servus inculpatus fuerit, de quo ingenuus IDCCC. den. qui fac. sol. XLV. posset culp. iudicari, et inter supplicia confessus fuerit, capitali sententia feriatur.

VIII. Si autem servus de quolibet crimine inculpatus fuerit, et dominus servi ipsius praesens adfuerit, ab eo, qui repetit, admoneatur ut servum suum ad iusta supplicia dare non differat. Et qui repetit, virgas paratas habere debet, quae in similitudinem minimi digiti grossitudinem habeant et scamnum paratum habere debet, ubi servum ipsum tendere possit.

---

*o*) Est. *aut nolente.*

Digitized by Google

lem collocet, et ad septem noctes placitum concedat *p)*, ut servum ad supplicium tradat. Qui si adhuc septem noctibus impletis servum tradere distulerit, solem ei, is qui petit, iterato collocet cum testibus, et sic iterum ad alias septem noctes placitum faciat, id est, in XIIII. noctes à prima admonitione compleatur. Quod si impletis XIIII. noctibus servum noluerit ad supplicium tradere, omnem causam vel compositionem dominus in se recipiat, hoc est, si talis caussa fuerit, unde Ingenuus DC. den. qui faciunt sol. XV. potuerit componere, ipse dominus pro servo reddat.

V. Quod si adhuc maior culpa fuerit, de qua servus requiritur, et dominus servi non ut servus solvat, sed ut Ingenuus totam legem super se soluturùs excipiat.

VI. Quod si vero servus absens fuerit, dominus servi à repetentibus tertio admoneri debet, ut servum suum intra septem noctes debeat praesentare; quod si non fecerit, tunc repetens cum testibus solem illi collocet, et sic ad alias VII. noctes placitum illi concedat. Si tunc servum non praesentaverit, tunc repetens cum testibus solem illi collocet tertia vice adhuc ad septem noctes, ita ut totus numerus ad XXI. noctem pervenit: quod si per tria haec placita servum noluerit ligatum suppliciis dare, aut praesentare, et tamen per singula placita ei solem collocaverit, tunc dominus servi omnem repetitionem non qualem servus, sed qualem Ingenuus, si hoc admisisset, tan-

IX. Quod si dominus servi supplicia distulerit et servus praesens fuerit, continuo ipse qui repetit, domino servi solem collocet, et ad septem noctes placitum concedat, ut servum ad supplicia tradat.

X. Si infra septem noctes servum ad supplicia distulerit tradere, solem ei iterato is, qui repetit, collocet, et sic iterum ad alias septem noctes placitum tribuat, id est, ut XIV. noctes à prima admonitione compleantur.

XI. Quod si impletis XIV. noctibus servum noluerit ad supplicia dare, omnem causam et compositionem dominus in se excipiat; hoc est, ut si talis causa fuerit, de qua ingenuus DC. denar. qui faciunt solidos XV. componere debeat, tantum ipse dominus servi reddat.

XII. Si vero maior culpa fuerit de qua ingenuus IDCCC. denariis qui faciunt solidos XLV. componere debeat, et dominus servum non praesentaverit, ipsum numerum solidorum reddat et capitale in locum restituat.

XIII. Quod si adhuc maior culpa fuerit, quae servo requiritur, dominus servi non ut servus, sed ut ingenuus totam legem super se solviturus accipiat.

XIV. Si autem servus absens fuerit, dominum ser-

*p)* In marg. *facere debet.*

dem compositionem repetenti restituat.

VII. Si vero ancilla in tale crimen inculpetur, unde servus castrari debeat, aut CCXL. ictus accipere flagellorum, ipsa totidem ictus accipiat, aut CCXL. denar. qui faciunt sol. VI. componat.

VIII. Si quis cum servo alieno sine consilio domini sui negotiaverit, DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur. Certe si talis culpa est, unde Ingenuus homo Francus VIIIM. den. componere debet, servus sol. XV. culpabilis iudicetur.

vi, is qui repetit, secretius admonere debet, ut servum suum infra septem noctes praesentem faciat; quod si non fecerit, tunc repetens solem illi cum testibus collocet; et si infra alias septem noctes ipsum servum non praesentaverit, iterum repetens cum testibus solem ei collocet, et tertia vice adhuc septem noctes placitum illi concedat, id est, ut totus numerus ad viginti et unam noctem perveniat. Quod si post tria placita servum noluerit ligatum ad supplicia dare et per singula placita solem ei collocaverit, tunc dominus servi omnem repetitionem, sicut superius diximus, non ut servus, sed quasi ingenuus hoc commisisset, talem compositionem repetenti restituat.

XV. Si vero ancilla in tali crimine inculpatur, de quo servus castrari debuerat, CCXL. den. qui faciunt sol. VI. si convenit dominus reddat, aut CCXL. ictus accipiat flagellorum.

## Tit. XLIV. De homicidiis Ingenuorum.

I. Si quis Ingenuus Franco, aut Barbarum, aut hominem qui Salica lege vivit, occiderit, (MALB. *Leudi*) VIIIM. den. qui faciunt sol. CC. culpabilis iudicetur.

## Tit. XLIII. De Homicidiis ingenuorum.

I. Si quis ingenuus Francum *q)*, aut hominem barbarum *r)* occiderit, qui lege Salica vivit, VIIIM. den. qui faciunt sol. CC. culp. iudic.

---

*q)* Baluz. *Si quis ingenuus hominem Francum aut barbarum.* *r)* Gloss. Est. *id est quos Franci ex alia patria in suam adduxerunt. Et ipsos captos lege salica vivere nolunt.*

II. Si vero eum in puteum aut sub aquam miserit (MALB. *Wdth leudi*) XXIIIIM. denar. qui faciunt solid. DC. culpabilis iudicetur.

III. Si quis hominem in puteum, aut in vipida iactaverit, et vivus exinde evaserit, ut ad casam suam possit accedere, (MALB. *chalip sub dupio*) IIIIM. den. qui faciunt solid. C. culpabilis iudicetur.

IV. Si vero eum qui in truste dominica est, occiderit, (MALB. *Leudi*) XXIIIIM. denar. qui faciunt sol. DC. culpabilis iud.

V. Si vero eum de hallis aut de rama super operuerit *s)*, similiter LXXIIM. den. qui faciunt solid. MDCCC. culpabilis iudicetur.

VI. Si Romanus homo conviva Regis occisus fuerit, (MALB. *Leudi*) XIIM. den. qui faciunt sol. CCC. componatur.

VII. Si quis Romanum tributarium occiderit, MDCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culpabilis iudicetur.

VIII. Si quis hominem ingenuum invenerit in quadrivio, aut in via, sine manibus aut pedibus inimici sui vi detruncatus, et eum vita privat, aut occidederit, (MALB. *Frio fald. t)*) IIIIM. den. qui faciunt solid. C. culpabilis iudicetur.

IX. Si quis hominem ingenuum de barco abbatiderit sine

II. Si vero eum in puteum aut sub aquam miserit, XXIV. den. qui faciunt sol. DC. culp. iud. *u)*

III. Si autem de ramis, vel de hallis *v)*, aut de qualibet re eum cooperuerit aut incenderit XXIV. den. qui faciunt solid. DC. culp. iudic.

IV. Si quis eum occiderit, qui in truste dominica est, XXIV. den. qui faciunt sol. DC. culp. iud.

V. Si vero in puteum aut sub aquam miserit, aut de hallis vel de ramis eum cooperuerit, aut incenderit, LXXII. den. qui faciunt sol. IDCCC. culp. iud.

VI. Si quis Romanum hominem, convivam regis, occiderit, XII. den. qui faciunt sol. CCC. culp. iud.

VII. Si Romanus homo possessor, id est, qui res in pago, ubi commanet, proprias possidet, occisus fuerit, is qui eum occidisse convincitur IV. den. qui faciunt sol. C. culp. iud.

VIII. Si quis Romanum tributarium *w)* occiderit, IDCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culp. iud.

IX. Si quis hominem invenerit in quadrivio sine

---

*s)* In marg. MALB. *math leuth muster.* *t)* In marg. *unasbugo.* *u)* Hoc caput in Est. deest. *v)* Gloss. *siccis ramis.* *w)* Gloss. *et Stopharius nominatur qui censum regi solvit.*

voluntate MDCCC. denar. qui faciunt sol. XLV. culpabilis iudicetur.

X. Si quis caput de homine, quod inimici sui in palum miserunt, sine voluntate alterius deposuerit, (MALB. *Raba nal*) DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur.

XI. Si quis hominem in puteum iactaverit, et is exeundo vivus evadit IIIIM. den. qui faciunt solid. C. culpabilis iudicetur.

XII. Si vero in puteo mortuus fuerit (MALB. *Musthest*) XXIIIIM. den. qui faciunt sol. DC. culpabilis iudicetur.

XIII. Simili modo qui in pelagus hominem impinxerit, et exinde evaserit, (MALB. *Piomarina*) IIIIM. den. qui faciunt solid. C. culpabilis iudicetur.

XIV. Si quis puellam ingenuam occiderit, (MALB. *Nucha la*) VIIIM. den. qui faciunt sol. CC. culpabilis iudicetur.

XV. Si quis Romanus homo possessor, id est, qui res in pago ubi remanet, proprias possidet, occisus fuerit, is qui eum occidisse convincitur, IIIIM. den. qui faciunt solid. C. culpabilis iudicetur.

XVI. Si quis hominem ingenuum quemlibet, socium suum, de quolibet crimine accusaverit, et per eius commotionem sive mendacium, ille, qui accusatus est, occisus fuerit; si ei adprobatum fuerit, medietate leodis eius componat. Ille vero qui eum occiderit, secundum legem pleniter eum componat.

manibus et sine pedibus, quem inimici sui detruncatum dimiserint, et eum vita privaverit, seu perceciderit, IV. den. qui faciunt sol. C. culp. iud.

X. Si quis hominem ingenuum in puteum aut in pelagus, aut in quodlibet praecipitium, ubi periculum mortis esse possit, impinxerit, et ille qui proiectus est, quolibet modo ab eodem periculo vivus evaserit, ille qui eum impinxerit, IV. den. qui faciunt sol. C. culp. iud.

XI. Si autem, qui praecipitatus est, mortuus fuerit, tota leude sua componatur. Atque ita unaquaeque persona, quae maiori minorive compositione componi debuerat, si de praecipitio periculum mortis evaserit, medietate leudis suae componatur, qua componi debuerat, si mortuus fuisset. Nam et si mortuus fuerit, unusquisque secundum modum leudis suae componat.

XII. Si quis hominem ingenuum cuilibet socio suo de quolibet crimine accusaverit, et per eius commotionem sive mendacium, ille qui accusatus est, occisus fuerit, si ei adprobatum fuerit, medietatem leudis eius componat. Ille vero, qui eum occidit, secundum legem pleniter eum componat.

## Tit. XLV. De homicidiis a contubernio factis.

I. Si quis collecto contubernio, hominem Ingenuum, in domo sua adsallierit, et ibidem eum occiderit, (MALB. *Chames talia*) XXIIIIM. den. qui faciunt sol. DC. culpabilis iudicetur.

II. Si vero in truste dominica ille qui occisus est fuerat *x)*, LXXIIM. den. qui faciunt sol. M. DCCC. culpabilis iudicetur.

III. Quod si corpus occisi hominis, tres plagas vel amplius habuerit, tres qui inculpantur, et quod in eo contubernio fuerint probantur, legem superius comprehensam singillatim cogantur exsolvere: alii vero tres de eodem contubernio *y)* IIIMDC. denar. qui faciunt solid. XC. unusquisque eorum culpabilis iudicetur: et tres adhuc in tertio loco de eodem contubernio *z)*, MDCCC. denar. qui faciunt sol. XLV. singuli eorum cogantur exsolvere. Si vero Romanus vel Lidus in tali contubernio occisus fuerit, huius compositionis medietas solvatur.

IV. Si quis contubernio facto villas alienas cum tribus effregerit, (MALB. *a lat faltheo*) IIIMCXX. den. qui faciunt sol. LXXXVIII. culpabilis iudicetur.

## Tit. XLIV. De Homicidiis a contubernio factis.

I. Si quis collecto contubernio hominem ingenuum in domo sua adsallierit, et ibidem eum occiderit XXIV. den. qui faciunt sol. DC. culp. iud.

II. Si vero in truste dominica ille, qui occisus est fuerat, LXXII. den. qui faciunt sol. IDCCC. culpabilis iud.

III. Quod si corpus occisi hominis tres plagas vel amplius habuerit, tres qui inculpantur, et, quod in eo contubernio fuissent, convincuntur, legem superius comprehensam singulatim cogantur exolvere. Alii vero tres de eodem contubernio IIIDC. den. qui faciunt sol. XC. unusquisque illorum culp. iud. Et tres adhuc in tertio loco de eodem contubernio IDCCC. den. qui fac. sol. XLV. singuli eorum cogantur exolvere.

IV. Si vero Romanus vel lidus in tali contubernio occisus fuerit, huius compositionis medietas solvatur.

## Tit. XLVI. De homicidiis in convivio factis.

I. Si in convivio, ubi quatuor aut quinque fuerint homi-

## Tit. XLV. De homicidiis in convivio factis.

I. Si in convivio ubi quatuor aut quinque fuerint

*x)* In marg. *qui eum occidisse probatur.* *y)* In marg. MALB. *druche lennici.* *z)* In marg. MALB. *seo lastasia.*

nes unus ex ipsis interfectus fuerit *a)*, ille qui remanet, aut unum convictum reddant, aut omnes mortis illius compositionem collectent, quae lex usque ad septem, qui fuerint in convivio illo, convenit observare.

homines, unus ex ipsis interfectus fuerit, illi qui remanent, aut unum convictum reddant, aut omnes mortis illius compositionem coniectent: quae lex usque ad septem, qui fuerint in convivio illo, convenit observari.

II. Si vero in illo convivio plus quam septem fuerint, non omnes teneantur obnoxii, sed quibus fuerit imputatum, illi secundum legem componant.

II. Si vero in illo convivio plus quam septem fuerint, non omnes teneantur obnoxii, sed quibus fuerit imputatum, illi secundum legem componant.

III. Si quis foris casa, sive iter agens, sive in agro positus a contubernio fuerit occisus, et tres vel amplius habuerit, (MALB. *Druchte lidio*) hoc est, et tres de eodem contubernio convicti fuerint, singillatim mortis illius compositionem componant, et tres alii de ipso contubernio MCC. den. qui faciunt sol. XXX. unusquisque illorum culpabilis iudicetur. Et tres alii adhuc de ipso contubernio, DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur.

III. Si quis foris casa, sive iter agens, seu in agro positus, a contubernio fuerit occisus, et tres vel amplius habuerit plagas, tres de eodem contubernio, qui convicti fuerint, singillatim mortis illius compositionem componant, et tres alii de ipso contubernio ICC. den. qui faciunt sol. XXX. unusquisque illorum culpabilis iudicetur. Et tres adhuc alii de ipso contubernio, DC. den. qui faciunt sol. XV. singuli eorum culp. iud.

## Tit. XLVII. De Re Ipus.

I. Si, ut fieri adsolet, homo moriens, viduam dimiserit, et eam quis in coniugium voluerit accipere, antequam eam accipiat Tunginus aut Centenarius Mallum indicent, et in ipso Mallo scutum habere debet, et tres ho-

## Tit. XLVI. De reippis *b)*.

I. Si quis homo moriens viduam dimiserit, et eam quis in coniugium voluerit accipere, antequam eam accipiat, Tunginus *c)* aut Centenarius Mallum indicent, et in ipso Mallo scu-

---

*a)* In marg. MALB. *Seo laude esthadio.* *b)* Est. *De reipu viduae mulieris.* Baluz. *De reippus.* Gloss. *De sponsalitiis viduarum.* *c)* Gloss. *Iudex qui post comitem est.*

Digitized by Google

mines, vel caussas mandare *d)*. Et tunc ille, qui viduam accipere vult, cum tribus testibus qui adprobare debent, tres solid. aeque pensantes, et denarium habere debet. Et hoc facto, si eis convenit, viduam accipiat.

II. Si vero ista *e)* non fecerit, et sic eum acceperit, (MALB. *Rei phus haec cha la sinus*) MMD. den. qui faciunt sol. LXII. cum dimidio culpabilis iudicetur.

III. Si autem quae superius diximus omnia secundum legem impleverit, et tres solidos et denarium ille cui Reiphe debetur acceperit, tunc eam legitime accipiat. Hoc discernendum videtur, cui Reipus debeatur. Si nepos fuerit, sororis filius, senior ille accipiat; qui si neptis filius non fuerit, Consobrinus filius, qui ex materno genere venit, ipse accipiat. Si autem nec consobrinus filius fuerit, tunc avunculus frater matris Reipum accipiat. Si vero avunculus non fuerit, tunc frater illius, qui ipsam mulierem antea habuerat, si in haereditatem defuncti fratris, id est, mariti mulieris illius, venturus non est, ipse Reippum accipiat. Quod si nec ipse fuerit, tunc qui proximus fuerit superius nominatis, sui singillatim secundum parentelam dicti sunt, usque ad sextum geniculum, si in haereditatem illius mariti defuncti non accedat, ipse Reippos accipiat.

tum habere debent, et tres homines causas tres demandare; et tunc ille, qui viduam accipere vult, cum tribus testibus, qui adprobare debent, tres sol. aeque pensantes et den. habere debet *f)*, et hoc factu, si eis convenit, viduam accipiat.

II. Si vero ista non fecerit, et sic eam acceperit, illi, cui reippus debetur, IID. den. qui faciunt sol. LXII. S. culp. iud.

III. Si autem quae superius diximus omnia secundum legem impleverit, et tres sol. et denarium ille, cui reippus debetur, acceperit, tunc eam legitime accipiat.

IV. Hoc discernendum videtur, cui reippus debeatur.

V. Si nepus fuerit sororis filius senior, ille reippum accipiat.

VI. Si vero nepus non fuerit, neptis filius senior ille accipiat.

VII. Quod si neptis filius non fuerit, consobrinae filius, qui ex materno genere venit, ipse accipiat.

VIII. Si autem nec consobrinae filius fuerit, tunc avunculus frater matris reippum accipiat.

IX. Si vero avunculus non fuerit, tunc frater illius, qui ipsam mulierem ante habuerat, si in haere-

---

*d)* In marg. *debent. Tunc ipse qui viduam accipere debet tres solidos aeque pensantes et denarium habere debet, et tres erunt, qui solidos pensare vel probare debent, et hoc factum, si ei convenit, sic accipiat cui debeatur.* *e)* In marg. *istud.* *f)* Duo Pith. addunt: *Et tres erunt, qui solidos pensare vel probare debent.*

IV. Si autem nullus, nisi post sextum geniculum proximus fuerit, in fiscum Reippi vel caussa, quae inde acta fuerit, colligatur.

## Tit. XLVIII. De migrantibus.

I. Si quis super alterum in villa migrare voluerit, et aliqui ex eisdem, qui in villa consistunt, eum suscipere voluerint, et vel unus vel aliquis ex ipsis extiterit, qui contradicat, migrandi licentiam ibidem non habeat. Si vero contra interdictum unius vel duorum in villa ipsa adsedere praesumpserit, tunc testare illi debent, et si noluerit exinde exire, ille qui testat, cum testibus sic ei debet testare, ut inter decem noctes exinde exeat; et si adhuc post decem noctes noluerit exire, iterum debet ad ipsum venire, et testare simili-

ditatem defuncti fratris, id est, mariti mulieris illius venturus non est, ipse reippum accipiat.

X. Quod si nec ipse fuerit, tunc qui proximior fuerit post superius nominatos, qui singillatim secundum parentillam dicti sunt, usque ad sextum genuculum, si in haereditatem illius mariti defuncti non accedat, ipse reippum accipiat.

XI. Si autem nullus nisi post sextum genuculum proximus fuerit, in fiscum ipse reippus vel causa *g)*, quae inde orta fuerit, colligatur.

## Tit. XLVII. De eo qui villam alienam occupaverit, vel si duodecim mensibus eam tenuerit.

I. Si quis super alterum in villam migrare voluerit, et aliqui de his, qui in villa consistunt eum suscipere voluerint, et vel unus ex ipsis extiterit, qui contradicat, migrandi licentiam ibidem non habeat.

II. Si vero contra interdictum unius vel duorum in ipsa villa consedere praesumpserit, tunc interdictor testari debet illi cum testibus, ut infra decem noctes inde exeat, et si noluerit, iterum ad ipsum cum testibus veniat, et testetur illi,

---

g) Gloss. *poena propter solemnia non servata.*

ter, ut iterum ad alias decem noctes, exinde debeat exire; et si adhuc noluerit, iterum decem noctes ad placitum addat, et sic XXX. noctes impleat. Si nec tunc voluerit exire, tunc manniat eum ad Mallum, et testes suos in singulos mallos, qui ibidem fuerint, secum habere debeat praestos *h)* et si ipse cui testatum est noluerit venire, et aliqua Sumis non detinuerit eum, ipse secundum legem qua diximus testatus est, tunc ipse qui testavit, super fortunam suam ponat, et roget Gravionem ut accedat ad locum, et ipsum inde expellat, et si ibi aliquid elaboravit, quia legem noluit audire, amittat, et insuper (MALB. *Widre sa thalo*) MCC. den. qui faciunt solid. XXX. culpabilis iudicetur.

II. Si quis vero admigravit, et ei aliquis iufra XII. menses *i)* nullus testatus fuerit, ubi admigravit, securus sicut alii vicini consistat *k)*.

III. Si quis vero aliam in villam alienam migrare antequam conventum fuerit rogaverit *l)* MDCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culpabilis iudicetur.

ut infra alias decem noctes secedat, Quod si noluerit, iterum tertio placito, ut infra decem noctes exeat, denunciet. Si vero XXX. noctes impletae fuerint, et nec nunc voluerit exire, statim illum manniat ad mallum, et testes suos, qui ad ipsa placita fuerunt, secum praestos *m)* habeat. Si autem ipse, cui testatum est, venire noluerit, et eum aliqua sunnis non detinuerit, et secundum legem supra dictam testatus fuerit, tunc ipse, qui ei testatus est, super fortuna sua ponat, et grafionem roget, ut accedat ad locum, et ipsum inde expellat *n)*, et si ibi aliquid elaboravit, quia legem noluit audire, amittat, et insuper ICC. den. qui faciunt sol. XXX. culp. iud.

III. Si vero quis alium in villam alienam migrare rogaverit antequam conventum fuerit, IDCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culpabilis iud.

IV. Si autem quis migraverit in villam alienam, et ei aliquid infra XII. menses secundum legem contestatum non fuerit, securus ibidem consistat, sicut et alii vicini.

---

*h)* In marg. *paratos.* *i)* In marg. *noctes.* *k)* In marg. *maneat.* *l)* In marg. MALB. *anduu theocho.* *m)* Duo Pith. *praestus.* Gloss. *praesentes.* *n)* Est. *Tunc ipse, qui ei testatus est, omnem substantiam suam promittit. Si illi supradicta probare non potuerit, super fortunam suam ponetur, et Grafionem (id est Comitem) roget, ut accedat ad locum et ipse inde expellat eum.*

Digitized by Google

## Tit. XLIX. De adframire.

I. Hoc convenit observare ut Tunginus aut Centenarius Mallum indicent, et scutum in ipso Mallo habere debet et postea tres homines tres causas demandare debent; postea in ipso mallo requirant hominem, qui ei non pertinet, et sic fistucam in laisam iactet, et ipse in cuius laisam fistucam iactaverit, dicat verbum de fortuna sua, quantum ei voluerit dare, aut si totam aut si mediam fortunam suam cui voluerit dare. Postea ipse, in cuius laisam fistucam iactavit, in casa ipsius manere debet, et hospites tres suscipere, et de facultate sua quantum ei datur, in potestate sua habere debet. Et postea ipse cui creditum est, omnia cum testibus collectis ista agere debet, et sic postea, ante Regem, aut in Mallo legitimo, illi cui fortunam suam deputaverit, reddere debet, et accipiat fistucam in Mallo ipso. Et ipsum quem haeredem deputavit ante XII. menses, in laisio suo iactet nec minus nec maius, nisi quantum ei creditum est; et si contra hoc aliquid dicere voluerit, tres testes habere debet, qui iurati dicunt, quod ibi fuerint in Mallo, quod Tunginus aut Centenarius indixerunt. Et quomodo vidissent hominem illum, quod fortunam suam donavit *o)* in laiso, illius quam iam elegerat fistucam iactare, et dominare de-

## Tit. XLVIII. De affatomie. *p)*

I. Hoc convenit observare, ut Tunginus vel Centenarius Mallum indicent, et scutum in ipso mallo habeant; et tres homines causas tres demandare debent in ipso mallo, et requiratur postea homo, qui ei non pertinet, et sic festucam in laisum *q)* iactet, et ipsi, in cuius laisum festucam iactaverit, dicat verbum de fortuna sua, quantum ei voluerit dare. Postea ipse in cuius laisum festucam iactaverit, in casa ipsius manere et hospites tres suscipere, et de facultate sua, quantum ei datur, in potestate sua habere debet, et postea ipse cui creditum est, ista omnia cum testibus collectis agere debet. Postea aut ante Regem, aut in Mallo legitimo illi, cui fortunam suam deputavit, reddere debet; et accipiat postea festucam in mallo ipso ante duodecim menses ipse, quem haeredem deputavit, in laisum suum iactet, et nec minus, nec maius, nisi quantum ei creditum est. Et si contra hoc aliquid dicere voluerit, debent tres testes iurati dicere quod ipsi fuissent in Mallo, ubi Tunginus vel Centenarius indixerunt, et

---

o) In marg. *dominavit, alias dare voluit.* p) Quinq. Pith. *Affatomiae.* Est. *Affattoone.* Gloss. *De donationibus quae fiunt festuca in sinum ei cui donabatur proiecta.* q) Est. *in laipsum id est in sinum.* Gloss. Pith. *in sinum.*

bent qui fistucam in laisum iactit *r*), nec non et illum in cuius laisum fistucam iactavit, et illum quem heredem appellavit. Similiter nominent alii testes iurati, et dicant, quod in casa illius, qui fortunam suam donavit, illi in cuius laisam fistucam iactavit, ibidem mansisset, et hospites tres vel amplius collegisset, et pavisset, et ei ibidem gratias egissent, et in beudo suo pultes manducassent et testes collegissent. Ista omnia alii tres testes iurati dicere debent, quoniam in Mallo legitimo vel ante Regem, illi qui accepit in laisam fistucam fortunam suam donavit, et ille acceperit in Mallo hoc est ante Theada, vel Tunginum fortunam illam, qua heredem eum appellavit *s)*, publice coram omnibus hominibus fistucam in laisam ipse iactasset: et haec omnia novem testes debent affirmare.

quod vidissent hominem illum, qui fortunam suam dedit in laisum illius, quem iam elegerat festucam iactare et nominare illum debent, qui fortunam suam in laisum electi iactavit; nec non et illum in cuius laisum festucam iactavit, et haeredem appellavit, similiter nominent. Et alteri tres testes iurati debent dicere, quod in casa illius hominis, qui fortunam suam donavit, ille in cuius laisum festucam iactavit ibidem mansisset, et hospites tres vel amplius collegisset, et pavisset, et ei ibidem gratias egissent, et in beudo suo *t)* pultes manducassent, et testes collegissent. Ista omnia alii tres testes iurati dicere debent, quoniam in Mallo legitimo vel ante Regem ille, qui accepit in laisum suum fortunam in Mallo publico, hoc est ante Theada *u)* vel Tunginum fortunam illam, quem haeredem appellavit, publice coram omnibus festucam in laisum ipsius iactasset. Et haec omnia novem testes debent adfirmare.

## Tit. L. De Filtortis qui Salica Lege vivunt.

I. Si quis servum aut ancillam, caballum aut bovem, aut

## Tit. XLIV. De filtortis *v)*, hoc est, qualiter homo furatas res intertiare debet.

I. Si quis, qui lege Salica vivit, servum aut an-

*r)* In marg. *nominare debent, qui fistucam in laisum electi iactavit.* *s)* In marg. *appellare placuit.* *t)* Al. Pith. *et in beodo suo.* Est. *et in beudo suo pultem, id est in mensa sua.* Baluz. *et in beo de suo.* *u)* Al. *Theoda, Theuda.* *v)* Gloss. *De intertiatis rebus.*

Digitized by Google

iumentum, aut quamlibet rem sub alterius potestate agnoverit, mittat eam in tertiam manum, et ille apud quem agnoscitur, debet adrhamire; et si intra Ligerim aut Carbonariam, aut citra mare ambo manent, et qui cognoscitur et apud quem cognoscitur, in noctes XL. placitum faciant, et in ipso placito, quanticumque fuerint, qui rem ipsam vendiderunt, aut cambiaverunt, aut fortasse in solutionem dederunt, omnes intra placitum istum commoneantur, hoc est, unusquisque cum negotiatoribus suis, alter alterum admoneat. Si quis vero commonitus fuerit, et Sumis eum non detinuerit, et ad placitum venire distulerit, tunc ille cum quo negotiavit mittat tres testes, quomodo ei maniaverit, quod ad placitum veniat. Et alios tres similiter habeat, quod publice cum eo negotiarit: istud si fecerit, vexuit se de latrocinio; ille autem qui amonitus non venerit, si super eum testes iuraverint, erit latro et fur illius qui res suas agnoscit; et pretium ei reddatur, et omnia secundum legem componat, cum quo negotiavit *w)*. Ista omnia facere debet in Mallo, ubi ipse Rhamallus esse videtur, super quem res primitus agnita fuerit, aut intertiata. Quod si trans Ligerim aut Carbonariam ambo manent, ille apud quem res agnoscitur, in noctibus LXXX. lex ista custodiatur.

cillam, caballum, vel bovem seu iumentum, seu quamlibet rem suam, sub alterius potestate agnoverit, mittat eam in tertiam manum, et ille, apud quem agnoscitur, debet adbramire, et si intra Ligerim aut Carbonariam ambo manent, et qui agnoscit, et apud quem agnoscitur, in noctes quadraginta placitum faciant, et in ipso placito, quanticunque fuerint, qui rem intertiatam véndiderint, aut cambiaverint, aut fortasse in solutionem dederint, omnes intra placitum istum commoveantur, ut unusquisque cum negociatoribus suis alter alterum admoneat. Si quis vero commonitus fuerit, et aliqua sunnis eum non detinuerit, et ad placitum venire distulerit, tunc ille, qui cum eo negociavit, habeat tres testes, quod enuntiasset, ut ad placitum venire debuisset; et alios tres similiter habeat, quod cum eo publice negociasset: hoc si fecerit, exivit se *x)* de latrocinio: ille autem qui admonitus non venerit, super quem testes iuraverint, erit latro illius, qui res suas agnoscit, et ei secundum legem ipsas componat, et insuper precium illi reddat, qui cum eo negociavit. Ista omnia, ubi suus hamallus est *y)*, super quem res pri-

*w)* In marg. *apud quem suas res agnoscit.* *x)* Al. Pith. *exuit se.* *y)* Un. Pith. *Ista omnia facere decet in mallo, ubi ipse amallus esse dignoscitur.* Alter. *Ista omnia in mallo debent fieri, ubi ille est ha-*

mitus agnita fuerit aut intertiata, fieri debent. Quod si trans Ligerim aut Carbonariam manet ille, apud quem res agnoscitur, in noctibus LXXX. lex ista custodiatur.

## TIT. LI. De falso testimonio.

I. Si quis falsum testimonium praebuerit, DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur.

II. Si cuicunque aliquid imputatum fuerit, quod aliquid periuratus sit, et non potuerit adprobari, DC. den. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur.

III. Si alicui fuerit imputatum, quod se periurasset, et hoc qui imputaverit adfirmare poterit, tres de ipsis coniuratoribus periuri, unusquisque ad illorum DC. denar. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur. Alii vero qui super tres fuerint, singuli quinis solidis, id est, CC. den. culpabiles iudicentur, ipse vero cui imputatum fuerit, excepta caussa vel capitale et delatura, CC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur.

## TIT. L. De falso Testimonio.

I. Si quis falsum testimonium praebuerit, DC. denar. qui faciunt solidos XV. culp. iud.

II. Quod si aliquis alicui imputaverit, quod se periurasset, et non potuerit adfirmare, DC. den. qui fac. sol. XV. culp. iud.

III. Si alicui fuerit imputatum, quod se periurasset, et hoc, qui imputaverit, adfirmare potuerit, tres de ipsis coniuratoribus z) periuri, unusquisque illorum DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud.

IV. Alii vero qui super ipsos tres fuerint, quinis solidis culp. iud.

V. Ipse vero, cui imputatum fuerit, excepto causa vel capitali et dilatura, DC. denar. qui faciunt sol. XV. culp. iud.

## TIT. LII. De Testibus adhibendis.

I. Si quis testis necesse habet, ut donet, et fortassis testis non vult ad placitum venire, ille qui eos necessarium habet, manire

## TIT. LI. De Testibus adhibendis.

I. Si quis testes necessarios habuerit, et fortasse ipsi ad placitum venire noluerint, ille qui eos neces-

---

*mallus, id est, qui suscepit causam ad mallandum in vicem alterius.* Gloss. Est. *kamallus, id est debitor.*

z) Duo Pith. *iuratoribus.*

illos debet cum testibus, ut de eo quod viderunt testimonium praebeant; et si venire noluerint, et eos Sumis non detinuerit unusquisque illorum DC. den. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur.

II. Si vero praesentes in testimonium fuerint vocati, et ea quae viderunt, testimonium praebere noluerint, et perbanniti fuerint, DC. den. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur.

## Tit. LIII. De fide facta.

I. Si quis Ingenuus aut Lidus alteri fidem fecerit, et noluerit solvere, tunc ille cui fides facta est, in noctes XIV. sive XL. aut quomodo placitum fecerit, is qui fidem dedit, ad domum illius, qui fidem accepit, cum testibus venire debet, vel cum illis qui precium adpretiare debent. Si is fidem factam noluerit solvere, DC. den. qui faciunt solid. XV. culp. iud.

II. Si vero adhuc supra dictum debitum solvere noluerit, debet eum manire, et Nestigantio sic admallare: Rogo te Tunzino, ut Neistigante Gasachio meum illum, qui mihi fidem fecit, legittimum enim mihi debet debitum (et nominare debet, quale debitum debeat, et unde fidem fecit) secundum Legem Salicam mihi

sarios habet, mannire illos debet cum testibus ad placitum, ut ea, quae sciunt, iurantes dicant.

II. Si vero noluerint venire, et eos sunnis non detinuerit, unusquisque illorum DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud.

III. Si vero praesentes fuerint ad testimonium vocati, et noluerint iurando dicere ea, quae sciunt, et forbanniti *a*) fuerint, DC. den. qui faciunt sol. XV. unusquisque illorum culp. iudicetur.

## Tit. LII. De eo qui fidem factam alteri reddere noluerit.

I. Si quis ingenuus aut lidus alteri fidem *b*) fecerit, tunc ille, cui fides facta est, XL. noctes aut quomodo placitum fecit, quando fidem ei fecit, ad domum illius cum testibus ambulare debet, vel cum illis, qui pretium adpretiare debent, et si noluerit fidem factam solvere, DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud.

II. Si vero adhuc supradictum debitum solvere noluerit, debet eum sic admallare: *Rogo te, iudex, ut hominem illum denominatum gasachionem meum, qui mihi fidem fecit, de debito tali denominato secundum legem Salicam mihi inde eum adstringas.* Tunc iudex *c*.)

*a*) Quinq. Pith. *ferbanniti.* *b*) Gloss. Est. *id est fideiussor extiterit.* *c*) Duo Pith. *Tunzinus.*

adstringas. Tunc Tunzinus dicere debet: Ego Nestigantio Gasachio illo tuo in hoc mallo, quod Lex Salica habet. Et tunc ipse cui fides facta est debet testificare, ut nulli alteri nec solvat, nec pignus donet solutionis, antequam impleat quod fidem fecit, et sic festinanter ipsa die ad domum illius qui ei fidem fecit, cum testibus ambulare debet, et rogare, ut debitum suum illi solvat, et si hoc noluerit, solem ei collocet *d)*; et si ei solem collocaverit, tres solidos super debitum addat, et sic usque ad tres vices per tres Manitas *e)* facere debet, et super tres vices, ista omnia facta si noluerit componere, usque ad novem solidos debitum ascendat, id est, ut per singulas admonitiones vel solem collocatum *f)* terni solidi accrescant.

III. Si vero nec fidem factam ad placitum legittime factum voluerit persolvere, tunc ille cui fides facta est, ambulet ad Gravionem loci illius, in cuius pago manet, accipietque fistucam, et dicat verbum: Tu Gravio rogo te, homo ille qui mihi fidem fecit, quem legittime habeo admallatum *g)* secundum Legem Salicam, et in hoc quod Lex Salica habet et continet, et ego super me et super fortunam meam pono, quod securus mitto super fortunam suam manum. Et dicat de quanta caussa quantum ei fidem fecerit. Tunc Gravio roget septem Rathimburgios, qui secum ambulent ad domum illius, qui fidem fecit, dicat, si praesens est, vodicere debet: *Ego gasachium tuum illum in hoc mallo quod lex Salica habet.* Tunc ille cui fides facta est, debet testificari fideiussori, ut nulli alteri nec solvat, nec pignus donet solutionis, antequam ei impleat, unde fidem fecit. Et sic festinanter ad domum illius, qui ei fidem fecit, cum testibus accedat, et roget eum solvere debitum suum. Quod si noluerit, solem ei collocet. Et si ei solem culcaverit, tres solidos super debitum addat, et sic usque ad tres vices per tres mannitas facere debet. Ista igitur omnia facta, si adhuc noluerit debita componere, usque ad novem solidos debitum ascendat, id est, ut per singulas admonitiones, vel solem culcatum, terni solidi adcrescant. Si vero nec fidem factam in placito legitimo solvere voluerit, tunc ille cui fides facta est, ambulet ad grafionem loci illius in cuius pago manet, accipiatque festucam, et dicat verbum istud: *Tu grafio rogo te, quia ille homo denominatus, qui mihi fidem fecit, quem legitime habeo adiactivum vel admallatum secundum legem Salicam, et ego super me, et super fortunam meam pono, quod securus mitto in fortunam illius manum:* et dicat de quanta causa ei fidem fece-

---

*d)* In marg. *culcet.* *e)* In marg. *nundinas.* *f)* In marg. *culcatum.* *g)* In marg. *adtiachitum.*

luntate tua solve homini isto, de eo quod ei fidem fecisti, et elige duos ex his quos volueris, quibus cum quod solvere debes, adpretiato, et hoc quod debes, secundum iustum pretium solve ac satisfac. Quod si audire noluerit praesens, aut si absens fuerit, statim Rathimburgii adpreciato pretio, et quod debito secundum iustum pretium satisfaciat, et quantum valuerit debitum quod debet, hoc de fortuna sua tollat, et ipsa lege duas partes ille, cuius caussa est, ad se revocet, et tertiam partem in Frido Gravio ad se recolligat, si tamen Fridus vim de ipsa caussa non fuit solutus.

IV. Si Gravio invitatus fuerit, et non venerit, si Sumis eum non detinuerit, aut certa ratio dominica eum non distulerit, ut ibi non ambulet, neque mittat, ut cum iustitia exigatur debitum, aut se redimat, aut de vita componat.

## Tit. LIV. De Andocmito.

I. Si quis Gravionem ad res alienas tollendum invitaverit, et eum legittime iachtivum aut admallatum non habuerit, qui eum rogat, ut iniuste aliquid tollat *h*)

rat. Tunc Grafio congreget secum septem Rachinburgios *i*) idoneos, et cum ipsis ad casam illius fideiussoris veniat, et roget eum, si praesens est, ita dicens: *Per voluntatem tuam solve homini isti, de quo ei fidem fecisti, et quod debes secundum pretium legitime preciatum satisfacere stude.* Quod si tunc adimplere noluerit praesens, aut si absens fuerit, statim Raginburgii precium adpreciatum, quantum debitum quod debet, valuerit, de fortuna illius tollant. Et si fredus antea de ipsa causa non fuerat datus, duas partes ille, cuius causa est, ad se revocet, et Grafio tertiam partem obtineat.

III. Si autem Grafio *k*) ibi invitatus non venerit, et Sunnis eum aliqua non detinuerit, aut certa ratio dominica, et si distulerit, ut ibi non ambulet, neque mittat, ut cum iustitia exigatur debitum, aut se redimat, aut de vita componat.

## Tit. LIII. De eo qui Grafionem ad res alienas tollendas iniuste invitaverit *l*).

I. Si quis Grafionem ad res alienas iniuste tollendas invitaverit, antequam gasachium *m*) suum secundum legem habeat admallatum *n*)

---

*h*) In marg. *fiscare debeat.* *i*) Tres Pith. *Racinburgios.* Guelff. *Racineburgios, Ragimburgios.* Gloss. *Iudices.* *k*) Gloss. *Comes.* *l*) Un. Pith. *De andoctemito.* *m*) Gloss. *causatorem.* *n*) Un. Pith. *antequam legitime admallatus aut fides ei facta fuerit.* Al. duo: *admallatum vel adiectivum.*

Digitized by Google

antequam eum per legem habeat admallatum, aut consecutum quod ei in Mallo fidem fecisset, VIIIM. den. qui faciunt sol. CC. culpabilis iudic.

II. Si vero Gravio invitatus ad alterius caussam supra legem aut debitum aliquid praesumpserit; aut Wereguldum suum redimat, aut de vita componat.

## Tit. LV. De rem praestata.

I. Si quis alteri de rebus suis aliquid praestiterit, et alius ei reddere noluerit, sic debet eum mallare. Cum testibus ad domum illius, cui rem suam praestitit, accedat, et sic contestetur ei: Quia res meas noluisti reddere quas tibi praestiti in hoc, eas tene nocte proxima quod Lex Salica continet. Et sic ei solem collocet: et si nec tunc voluerit reddere, adhuc super septem noctes similiter facere debet: et si nec tunc voluerit reddere, ad alias septem noctes similiter facere debet: et si nec tunc voluerit reddere, ad alias septem noctes id faciat Post quas ad hunc cum testibus venire debet, et roget, ut sibi debitum suum reddat, et si nec tunc reddiderit, solem ei collocet, et si per tres vices solem collocaverit, et si nec tunc reddere voluerit, aut fidem facere, super illos VIIII. solidos, qui per tres amonitiones adcreverunt super debitum superius adhuc amplius, (MALB. *Tauthe*) DC. den. qui faciunt solid. XV. culp. iud.

VIIIIM. den. qui faciunt sol. CC. culp. iud.

II. Si vero Grafio invitatus contra legem supra debitum iustum aliquid amplius tulerit, aut se redimat, aut de vita componat.

## Tit. LIV. De Re praestata *o)*.

I. Si quis alteri de rebus suis aliquid praestiterit, et ei reddere noluerit, sic eum debet mallare. Cum testibus ad domum illius, cui res praestavit, accedat, et sic contestetur ei: Quia res meas noluisti reddere, quas tibi praestiti, in hoc eas tene nocte proxima quod lex Salica continet; et sic ei solem collocet. Si nec tunc voluerit reddere, adhuc super VII. noctes similiter contestetur, sicut antea fecit, ut nocte proxima secundum quod lex Salica continet, res suas tenere debeat. Quod si nec tunc voluerit reddere, iterum post septem alias noctes ad eum similiter cum testibus veniat, et roget ut debitum suum reddat. Ergo si tunc noluerit reddere, nec fidem facere reddendi, supra debitum, quod ei praestitum est, et super illos novem solidos, qui per tres admonitiones accreverunt, DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud.

*o)* Al. Pith. *de Praestata.*

Digitized by Google

## Tit. LVI. De manu ab Aeneo *p*) redimenda.

I. Si quis ad Inium mallatus fuerit, et forsitan convenerit, ut manum suam redimat, et iuratores donet; et si talis caussa est, de qua si legitime convictus fuisset, XV. sol. componere deberet, tunc CXX. den. qui faciunt sol. III. manum suam redimat; quod si amplius ad manum suam redimendam dederit, fredus exinde solvatur Gravioni quantum de ipsa caussa, si convictus fuisset. Si vero maior causa est, unde MCC. den. qui faciunt sol. XXX. poterat componere, et convenit, ut manum suam redimat, CCXXXX. qui faciunt sol. VI. manum suam redimat. Quod si amplius dederat, fredum solvat, quantum si de caussa convictus fuisset. Si vero maior culpa fuerit, unde si probatus fuisset MMD. den. qui faciunt sol. LXII. cum dimidio, culpabilis iudicetur, et convenit ut manum redimat, DC. den. qui faciunt sol. XV. solvat: quod si amplius dederit, fredus exinde solvatur, tantum quantum si de caussa illa probatus fuisset. Ista redemptio usque ad Leudem permanet. Si vero Leudi alteri imputaverit, et eum ad aeneum habet amallatum, et convenit ut manum suam redimat, sol. XXX. donet; quod si amplius dederit, fredus de ipso leudi solvatur.

## Tit. LV. De manu de aeneo *q*) redimenda.

I. Si quis ad aeneum *r*) mallatus fuerit, et forsitan convenerit, ut ille, qui admallatus est, manum suam redimat, et iuratores donet; si talis causa est, de qua legitime, si convictus fuisset, DC. den. qui faciunt sol. XV. componere debeat, tunc CXX. den. qui faciunt sol. III. manum suam redimat.

II. Si vero plus ad manum suam redimendam dederit, fredus Grafioni solvatur, tanquam si de ipsa causa convictus fuisset.

III. Si vero talis causa fuerit, de qua si convictus fuisset, ICCCC. den. qui faciunt sol. XXXV. debuisset solvere, et convenit, ut manum suam redimat et iuratores donet, IX. sol. manum suam redimat.

IV. Quod si amplius dederit, fredus Grafioni solvatur, tanquam si de ipsa caussa convictus fuisset.

V. Quod si maior culpa fuerit de qua LXII. S. sol. solvere, si convictus fuisset, deberet, et convenit, ut manum suam redimat, cum sol. XV. manum suam redimat.

VI. Et si amplius dederit, fredus Grafioni solvatur, tanquam si de ipsa causa convictus fuisset. Ista

---

*p*) In marg. *manum de Inium.* *q*) Gloss. *de caldario.* *r*) Gloss. Est. *id est ut manum mittat in caldariam.*

redemptio usque ad leudem sic permaneat.

VII. Si autem leudem alter alteri imputaverit et eum ad aeneum habet mallatum et convenit, ut manum suam redimat, et iuratores donet, cum solid. XXX. manum suam redimat.

VIII. Et si amplius dederit, fredum Grafioni persolvat, tanquam si de ipsa causa convictus extitisset.

## Tit. LVII. De Gravione occiso.

I. Si quis Gravionem occiderit, XXIIIIM. den. qui faciunt solid. DC. culpabilis iudicetur.

II. Si quis Sagbaronem *s)*, aut Gravionem, qui puer regius fuerat, XIIM. den. qui faciunt sol. CCC. culpabilis iudicetur.

III. Si quis Sacebaronem, qui Ingenuus est, et se vel alium Sacebaronem posuerit, occiderit, XXIIIIM. den. qui faciunt solid. DC. culpabilis iudicetur.

IV. Sachibarones vero in singulis Mallebergiis plus quam tres esse non debent, et si de caussa illi aliquid sanum dixerint, penitus Gravio nullam habeat licentiam removendi. *t)*

## Tit. LVI. De eo qui Grafionem occiderit.

I. Si quis Grafionem occiderit, XXIIII. den. qui faciunt sol. DC. culpab. iudicetur.

II. Si quis Sagibaronem *u)* qui puer regis fuerat, occiderit, XII. den. qui faciunt sol. CCC. culp. iudicetur.

III. Si quis Sagibaronem, qui ingenuus est, et se Sagibaronem posuit, occiderit, XXIIIIM. den. qui faciunt sol. DC. culp. iudicetur.

IV. Sagibarones in singulis mallobergiis, id est plebs *v)* quae ad unum mallum convenire solet, plus quam tres esse non debent: et si causa aliqua ante illos secundum legem fuerit definita, ante grafionem removere eam non licet.

---

s) In marg. *Salebaronem.* t) In marg. *et si causa aliqua ante illos secundum legem fuerit definita, ante Gravionem eam removere non licet, si illi securitatem praestiterint.* u) Guelff. *Sacibaronem.* Gloss. *dicuntur quasi Senatores.* v) Baluz. *id est ubi plebs.*

Digitized by Google

## Tit. LVIII. De corporibus expoliatis.

I. Si quis corpus occisi hominis, antequam in terram mittatur *w)*, exspoliaverit, (MALB. *Cheo mosido*) MMD. den. qui faciunt solid. LXII. et dimidium culpabilis iudicetur. Et antiqua lege, si corpus iam sepultum exfodierit, et exspoliaverit, wargus sit usque in diem, qua cum parentibus ipsius defuncti convenerit, et ipsi pro eo rogent, ut inter homines liceat ei accedere; et quicunque antea ei aut panem, aut hospitale, sive uxor sua, sive proxima, ei dederit, DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur. Tandem auctor ex scelere qui hoc admisisse probatur, (MALB. *Turnichale*) VIIIM. den. qui faciunt sol. CC. culpabilis iudicetur.

II. Si quis hominem mortuum, super alterum in petra aut in naufo *x)* miserit, (MALB. *Idulgus*) sol. XXXV. culpabilis iudicetur.

III. Si quis tombam *y)*, super mortuum hominem exspoliaverit, (MALB. *Turnichalis*) DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur.

IV. Si quis che rista duna super hominem mortuum capulaverit, (MALB. *Mandoado*, *aut Silave*) quod est porticulus *z)*, super hominem mortuum deiecerit, de unaquaque (MALB. *Chreo*

## Tit. LVII. De corporibus expoliatis.

I. Si quis corpus hominis mortui, antequam in terram mittatur, per furtum expoliaverit, IID. den. qui faciunt sol. LXII. S. culp. iudicetur.

II. Si quis tumulum *a)* super hominem mortuum expoliaverit vel dissipaverit, DC. den. qui faciunt solid. XV. culp. iud.

III. Si quis aristatonem, hoc est staplum super mortuum missum *b)* capulaverit, aut mandualem *c)*, quod est structura *d)*, sive selave *e)*, qui est ponticulus, sicut more antiquorum faciendum fuit, qui hoc destruxerit, aut mortuum exinde expoliaverit, et unaquaque de istis DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iudicetur.

IV. Si quis hominem mortuum super alium in naufo vel in petra miserit ICCCC. den. qui faciunt sol. XXXV. culp. iud.

V. Si quis corpus iam sepultum effoderit, aut expoliaverit, Wargus *f)* sit, hoc est, expulsus de eodem pago, usque dum parentibus defuncti convenerit, ut et ipsi parentes rogati sint pro eo, ut liceat ei in-

---

w) In marg. *in furtum*; *alias per furtum*. x) In marg. *naucho*. y) In marg *tomolam*. z In marg. *stafflus*. a) Gloss. *tumbam*. b) Baluz. *stapplum qui super mortuum missus est*. c) Gloss. *cancellum qui desuper tumulum stat*. d) Baluz. *quod est ea structura*. e) Guelff. *salive, sillabe*. f) Gloss. *deiectus et expulsus*.

*burgio g)* DC. den. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur.

V. Si quis basilicam super hominem mortuum expoliaverit, (MALB. *Chre ottar sino*) MCC. den. qui faciunt sol. XXX. culpabilis iudicetur, excepto capipale et delatura.

fra patriam esse, et, quicunque antea panem, aut hospitalitatem ei dederit, etiam si uxor eius hoc fecerit, DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud.

VI. Auctor vero sceleris huius, si ipse hoc fecit et comprobatus fuerit, vel alium ad istud faciendum locaverit, VIII. den. qui faciunt sol. CC. culp. iud.

VII. Si quis domum in modum basilicae factam *h)* super hominem mortuum expoliaverit, ICC. den. qui faciunt sol. XXX. culp. iud. excepto capitali et dilatura.

## Tit. LVIII. De incendio sive expoliatione ecclesiae, sive homicidiis clericorum.

*Habetur infra post titulum LXX.*

## Tit. LIX. De Despectionibus.

I. Si quis ad Mallum venire dispexerit, aut quod ei a Rathinburgiis fuerat indicatum adimplere noluerit, si nec de compositione, nec ad Aeneum, nec de ulla lege fidem facere voluerit, tunc ad Regis praesentiam ipse manniri debet, et ibidem cum duodecim testibus ire debet, qui per singula placita iurati dicant, quod ibidem fuissent, ubi Rathiburgii ei indicaverunt, ut ad Aeneum ambularet, aut per

## Tit. LIX. De eo qui ad mallum venire contempserit.

I. Si quis ad mallum venire contempserit, et quod ei a Raginburgiis iudicatum fuerit, implere distulerit, si nec de compositione, nec de ulla lege fidem facere voluerit, tunc ad Regis praesentiam ipsum mannire debet, et ibidem XII. testes esse debent, qui per singula placita iurando dicant, quod ibidem fuissent, ubi Raginburgii ei

g) In marg. *bardio*. h) Quinq. Pith. *factum*.

Digitized by Google

compositionem fidem faceret, et ille dispexerit. Iterum alii tres iurare debent, quod ibidem fuissent, post illam diem, quo ei Rathenburgii indicaverunt, aut per Aeneum, aut per compositiones se educeret: hoc est, de illa die, in quadraginta noctes in Mallobergo iterum solem collocaverit, et nullatenus legem voluerit implere. Tunc eum debent mannire ante Regem in XIV. noctes et tria testimonia iurando dicant, quod eum mannisset; et si nec tunc venerit, ista omnia novem testimonia iurati dicant, sicut superius diximus. Similiter illa die si non venerit, collocent ei solem iterum, et illa tria testimonia quae ibidem fuerint ubi collocaverit solem. Tunc cum ista omnia impleverit, qui eum admallat, et ille qui admallatur ad nullum placitum venerit, et pro lege se educere noluerit, tunc Rex, ad quem mannitus est, extra sermonem ponet, et ita ille culpabilis, et res suae erunt in fisco, aut eius cui fiscus dare voluerit; et quicunque ei aut panem dederit, aut in hospitalitatem collegerit, sive sit uxor sua, aut proxima, DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur, donec omnia secundum legem, ea quae illi iniuncta sint, componat.

iudicassent, et ille decretum iudicium contempsisset; iterum alii tres iurare debent, quod ibidem fuissent, post illam diem, in qua ei Raginburgii iudicaverunt, ut aut per aeneum aut per compositionem se educeret *i)*; hoc est de illa die in XL. noctes, in mallo iterum solem culcaverit, et nullatenus legem implere voluerit, tunc eum debet mannire ante Regis praesentiam in XIV. noctes, et tria testimonia iurando dicant, quod eum mannisset. Quod si nec tunc venerit, et ista omnia novem testimonia coniurando, quae superius diximus vera esse dixerint, similiter ei iterum Solem culcet, et illos tres testes ibidem habeat. Ubi culcaverit solem, et ista omnia compleverit, qui eum admallat, et ille, qui admallatur, ad nullum placitum venire, nec per legem se educere *k)* noluerit, tunc Rex, ad quem mannitus est, extra sermonem suum eum esse deiudicet; et ita ille culpabilis *l)*, et omnes res suae erunt in fisco, aut cui fiscus dare voluerit; et quicunque ei panem dederit, aut in hospitium collegerit, etiam si uxor eius propria sit, DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud. donec omnia, quae ei legibus imputantur, secundum legem componat.

---

*i)* Est. *exdiceret.* *k)* Quinq. Pith. *edicere.* Est. *exdicere.* *l)* Est. *culpabilis iudicetur.*

II. Si quis alterum in Mallo per legem vicerit, et is fidem facere dispexerit, aut precium solvere, tunc Rathinburgii eum debent attendere, secundum legem qualis causa esse videtur, et ille qui eum mallavit ad casam suam, ei nunciare debet precium aut debitum, et si tunc ei satisfacere noluerit, tunc per legem debet attendere, et postea Grafio ad casam suam invitari, ut quod lex est, is de causa et rebus suis secundum legem referat.

## Tit. LX. De Rathin burgiis.

I. Si qui Rathinburgii legem voluerint dicere in Mallebergo residentes, cum causam inter duos discusserint, debet eis qui causam requirit dicere: Dicite nobis Legem Salicam. Si illi tunc noluerint dicere, tunc iterum qui causam requirit, dicit: Vos tangano, ut mihi et isto legem dicatis. Bis aut tertio hoc debet facere. Si vero illi noluerint dicere tunc qui causam repetit debet dicere: Ego vobis tangano usque quo mihi Legem dicatis Salicam. Tunc septem de illis Rathenburgiis, collocato sole, IX. solid. culpabilis unusquisque iudicetur. Quod nec sic legem dicere voluerint, nec solvere, nec fidem facere, tunc solem illis iterum collocet, et sic postea XV. solidis unusquisque culpabilis iudicetur. Si vero Rathinburgii non secundum Legem iudicaverunt Salicam, his, contra quos sententiam dederunt, solidos XV. solvant.

## Tit. LX. De Rachinburgiis *m*) qui secundum legem non iudicant.

I. Siquidem Rachinburgii in mallo residentes, cum causa discussa fuerit inter duos causatores, admoniti ab eo, qui causam requirit, ut legem Salicam dicant; et si legem dicere noluerint, tunc ab eo qui causam requirit, sint iterum admoniti usque in tertia vice. Quod si dicere noluerint, tunc dicat ille, qui causam requirit: Ego vos tangano usque dum vos inter me et contra causatorem meum legem iudicetis. Et si tunc dicendi se legem distulerint, sole culcato septem de illis unusquisque CXX. den. qui faciunt sol. III. culp. iud.

II. Et si adhuc tunc Rachinburgii despexerint, nec legem dicere voluerint, neque de tribus solidis compositionem facere, tunc

*m*) Est. *Raginburgiis.*

II. Si vero Rathenburgii illi legem dixerint, et ille, contra quem dixerunt, eis contradicat, et hoc sustinere noluerit, eos enim contra legem iudicasse sibi putat, et id comprobare non poterit, unicuique de septem Rathinburgiis DC. denarios qui faciunt solid. XV. solvat.

unusquisque illorum septem, culcato sole DC. denarios qui faciunt sol. XV. culp. iud.

III. Similiter si comprobati fuerint legem non iudicasse, septem ex eis unusquisque DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud.

IV. Si autem Rachinburgii legem iudicant, et cui iudicatum fuerit, hoc sustinere noluerit, et dicit contra legem iudicasse sibi, et hoc comprobare non potuerit, contra unumquemque de septem Rachinburgiis DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud.

## Tit. LXI. De Chren ceude.

I. Si quis hominem occiderit, et in tota facultate non habuerit, unde totam legem impleat; duodecim iuratores dabit, quod nec subtus terram, neque supra terram plus de facultate habeat, quam donavit. Et postea debet in casam suam intrare, et de quatuor angulis terrae pulverem in pugno colligere et postea in duropello stare, et intus casam cuptare debet, et sic de sinistra manu trans suas scabulas iactare super proximiorem parentem. Quod si iam pater, aut mater, seu frater pro ipso solverunt, super sororem tunc matris, aut super eius filios debet illam terram

## Tit. LXI. De Chrenechruda. n)

I. Si quis hominem occiderit, et in tota facultate sua non habuerit, unde totam legem implere valeat, XII. iuratores donet, quod nec super terram nec subtus terram amplius de facultate non habeat, nisi quod donatum habet. Postea intrare debet in casam suam, et de quatuor angulis de terra illa in pugno suo colligat et stare in durpilo, hoc est, in liminari, et intus captare o), et cum sinistra manu de illa terra ultra suas scabulas iactare super quem proximiorem

n) Gloss. Est. *de Chrenequida*, *id est terra collecta de quatuor angulis domus, legaliter in aliquem proiecta.* o) Un Guelf. *in durbio hoc est limitare.* Est. *in durbilo, hoc est, in limitari et intercaptare.*



Digitized by Google

iactare: quod si isti non fuerunt, super tres de generatione patris et matris, qui proximiores sunt: et postea in camisia discinctus, discalceatus, palo in manu supra sepem salire ut pro medietate quantum pro compositione debere, aut quantum lex addicat, illi tres solvant de materna generatione; hoc et illi alii qui de paterna generatione veniunt, facere debent.

II. Si vero aliquis ex illis pauperior fuerit, et non habet unde integrum solvat debitum, quicunque de illis plus alio habet exsolvat, et iterum super illum chrene chruda, ille qui est pauperior, iactet, ut ille totam legem solvat: quod si hic etiam non habet, ut legem solvat, et totam legem componat, tunc illum, qui homicidium fecit, tollit, qui eum in fide sua habet, et per quatuor Mallos praesentem faciat; et si eum per compositionem aut fidem nullus suorum tulerit, hoc est, eum redimat, aut pro eo persolvit, tunc de vita componat.

III. At praesentibus temporibus, si de suis propriis rebus non habuerit unde transsolvere aut se de lege defensare possit, omnis causa superius comprehensa ad caput suum pertinet observare.

parentem habet. Quod si iam pater aut mater, vel frater solverint, tunc super sororem matris, aut super suos filios debet illam terram iactare, id est super tres de generatione matris, qui proximiores sunt; et postea in camisia discinctus et discalciatus cum palo in manu supra sepem salire debet, ut pro medietate, quantum de compositione diger est *p)*, aut quantum lex dicat, illi tres solvant. Idem illi alii, qui de paterna generatione veniunt facere debent. Si vero aliquis ex illis pauperior fuerit, et non habet, unde ad integrum debitum solvat, quicunque de illis amplius habet, iterum super illum chrenechruda *q)*, ille qui pauperior est iactet, et ille totam legem componat. Quod si nec ipse habuerit, ut totam legem persolvat, tunc illum qui homicidium fecit, ille, qui eum in fide sua habet per quatuor mallos praesentem faciat. Et si eum nullus suorum per compositionem voluerit redimere, de vita componat.

## Tit. LXII. De Alodis.

I. Si quis mortuus fuerit, et filios non dimiserit, si pater aut

## Tit. LXII. De Alode.

I. Si quis homo mortuus fuerit, et filios non dimi-

---

*p)* Un. Cod. Reg. *dederit.* Un. Guelf. *quantum de compositione degere.* Est. *quantum de compositione debet digerere.* *q)* Est. *chrenetruda id est de illa terra.*

Digitized by Google

mater superstites fuerint, in ipsam haereditatem succedant.

II. Si pater et mater non superfuerint, et fratrem aut sororem dimiserit, in haereditatem ipsi succedant.

III. Si isti non fuerint, tunc soror matris in haereditate succedat.

IV. Si vero soror matris non fuerit, sic soror patris in haereditate succedat.

V. Et postea sic de illis generationibus, quicunque proximior fuerit, ipsi in haereditate succedant, qui ex paterno genere veniunt.

VI. DE TERRA VERO SALICA IN MULIEREM NULLA PORTIO HAEREDITATIS TRANSIT, SED HOC VIRILIS SEXUS ACQUIRIT, HOC EST, FILII IN IPSA HAEREDITATE SUCCEDUNT. SED UBI INTER NEPOTES AUT PRONEPOTES, POST LONGUM TEMPUS, DE ALODE TERRAE CONTENTIO SUSCITATUR, NON PER STIRPES, SED PER CAPITA DIVIDANTUR.

serit, si pater aut mater superfuerint, ipsi in haereditatem succedant.

II. Si pater aut mater non superfuerint, et fratres vel sorores reliquerit, ipsi haereditatem obtineant.

III. Quod si nec isti fuerint, sorores patris in haereditatem eius succedant.

IV. Si vero sorores patris non extiterint, sorores matris eius haereditatem sibi vendicent.

V. Si autem nulli horum fuerint, quicunque proximiores fuerint de paterna generatione, ipsi in haereditatem succedant.

VI. DE TERRA VERO SALICA NULLA PORTIO HAEREDITATIS MULIERI VENIAT: SED AD VIRILEM SEXUM TOTA TERRAE HAEREDITAS *s)* PERVENIAT.

## TIT. LXIII. De eo qui se de parentilla tollere vult.

I. Si quis de parentilla tollere se voluerit, in Mallum aut in Tunchinium admallare debet *r)*, et ibidem quatuor fustes alvinos super caput suum frangere debet in quatuor partes, et illas in Mallo iacere debet, et ibi dicere: Quod se et de iuramento, et de haereditate, et de tota ratione il-

## TIT. LXIII. De eo qui se de Parentilla *t)* tollere vult.

I. Si quis de parentilla tollere se voluerit, in mallo ante Tunginum aut Centenarium ambulet, et ibi quatuor fustes alninos super caput suum frangat, et illas quatuor partes, in mallo iactare debet, et ibi dicere, ut et de iuramento,

---

*r)* In marg. MALB. *ante tunchinum aut centenarium ambulet.* *s)* Est. *tota hereditas.* *t)* Baluz. *parentela.*

lorum *u)* tollat: et sic postea, si aliquis de suis parentibus aut moriatur, aut occidetur, nulla ad illum compositio haereditatis perveniat. Simili modo, si ille moriatur, ad suos parentes non pertineat caussa nec haereditas eius, sed amodo cum duodecim iuratoribus se exinde educat.

et de haereditate, et de tota illorum se ratione tollat.

II. Et si postea aliquis de parentibus suis aut moritur, aut occiditur, nihil ad eum de eius haereditate, vel de compositione pertineat.

III. Si autem ille occiditur, aut moritur, compositio aut haereditas eius non ad haeredes eius, sed ad fiscum pertineat, aut cui fiscus dare voluerit.

## Tit. LXIV. De harovveno.

I. Si quis alteri de manu aliquid per vim tulerit et raubaverit, aut exspoliaverit, MCC. denarios qui faciunt sol. XXX. culpabilis iudicetur, et rem pro capitale restituat.

II. Si vero quicunque desuper hominem aliquid in tertia manu miserit, et ei per virtutem aliquid tulerit, (MALB. *Charovveno*) M. CC. den. qui faciunt solid. XXX. culpabilis iudicetur.

## Tit. LXIV. De Charoena. *v)*

I. Si quis alteri de manu aliquid per vim *w)* tulerit aut rapuerit, rem pro capitali restituat, et insuper ICC. den. qui faciunt sol. XXX. culpabilis iud.

II. Si quis homini aliquid, quod ei in tertia manu missum fuerat, per vim tulisse convincatur, ICC. denarios qui faciunt solid. XXX. culpabilis iudicetur.

## Tit. LXV. De compositione homicidii.

I. Si cuiuscunque pater occisus fuerit, medietatem filii in compositione colligunt, et aliam medietatem parentes qui proximiores fuerunt, tam de paterna quam de materna generatione dividunt. Quodsi de paterna vel materna parte nullus proximus fuerit, portio illa ad fiscum perveniat, vel cui fiscus concederit.

## Tit. LXV. De compositione Homicidii.

I. Si alicuius pater occisus fuerit, medietatem compositionis filii colligant, et aliam medietatem parentes, qui proximiores fuerint, tam de paterna, quam de materna generatione dividant.

II. Quod si de una parte vel paterna vel materna nul-

*u)* In marg. *illorum secatione.* *v)* Est. *de Charenova.* *w)* Cod. Expilii: *per virtutem.*

Digitized by Google

lus proximus fuerit, portio illa ad fiscum perveniat, vel cui fiscus concesserit.

## Tit. LXVI. De homine in hoste occiso.

I. Si quis hominem occiderit in hoste, tripla compositione componatur, sicut in patria componere debuit.

II. Si quis hominem ingenuum, qui Lege Salica vivit, in hoste, in companio, de companiei suorum occiderit, secundum quod in patria si ipse occisus esset, componere debuisset, in triplo componat.

III. Si quis hominem Ingenuum, qui Salica lege vivit, in hoste occiderit, (malb. *Leudardi tres pellia*) XXIVM. denarios qui faciunt sol. DC. culpabilis iud.

IV. Si vero in triste dominica, ille qui occisus est, occisus fuerit, (malb. *Leudardi tres pellia*) LXXIIM. denarios qui faciunt solidos MCCC. culp. iud.

## Tit. LXVII. De Herburgium.

I. Si quis alterum chervioburgum, hoc est strioportium, clamaverit, aut illum qui Inium dicitur portasse ubi Strias cocinant, et eum convincere non poterit, MMD. den. qui faciunt sol. LXII. et dimidium culp. iud.

II. Si quis mulierem ingenuam Striam clamaverit, aut meretricem, et convincere non potuerit, VIIMD. denarios, qui faciunt solidos CLXXXVIII. culp. iudicetur.

## Tit. LXVI. De Homine in hoste occiso.

I. Si quis hominem in hoste occiderit, triplici compositione componat, sicut in patria componere debuit, excepto si ex truste regali non fuerit ille homo.

II. Nam si ex truste regali fuerit, eandem compositionem quam infra patriam facere debuit, culpabilis iudicetur, hoc sunt denarii LXXIIM. qui faciunt solid. IDCCC.

## Tit. LXVII. De eo qui alterum Hereburgium clamaverit.

I. Si quis alterum hereburgium clamaverit, hoc est, strioportium, aut qui aeneum portare dicitur, ubi striae concinnunt, et convincere non potuerit, IID. den. qui fac. sol. LXII. S. culpabilis iudicetur.

II. Si quis mulierem ingenuam striam clamaverit, aut meretricem, et convincere non potuerit, VIIMD. denariis qui faciunt solidos CLXXXVII. culp. iud.

Digitized by Google

III. Si Stria hominem comederit, et convicta fuerit, VIIIM. den. qui faciunt sol. CC. culpabilis iudicetur.

III. Si stria hominem comederit, et convicta fuerit, VIIIM. den. qui fac. sol. CC. culpabilis iudicetur.

## Tit. LXVIII. De caballo excorticato.

I. Si quis caballum extra consilium domini sui decorticaverit, (malb. *Leudardi*) DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur, excepto capitale et delatura. Et si confessus fuerit, capitale tantum restituat, si vero negat, et convictus fuerit, solid. XV. componat.

## Tit. LXVIII. De Caballo excorticato *x*).

I. Si quis caballum alienum sine consensu possessoris decorticaverit, et interrogatus, fuerit confessus, caballum ipsum in capite restituat.

II. Si vero negaverit et convictus fuerit, DC. den. qui faciunt sol. XV. exc. cap. et dil. culp. iud.

## Tit. LXIX. De eo qui hominem vivum de furca tulerit.

I. Si quis hominem vivum de furca tollere praesumpserit, et fuga lapsus fuerit, ille qui eum tulerit, aut vitam pro ipso amittat, aut VIIIM. den. qui faciunt sol. CC. culp. iud.

II. Si vero quis hominem mortuum de furca sine voluntate aut consilio iudicis, aut ipsius cuius caussa est, tulerit, pro culpa, qua suspensus est, quidquid exinde lex docuerit, ille qui eum tulerit culp. iud.

III. Si quis hominem de bargo vel de furca dimiserit sine voluntate Iudicis, MDCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culp. iud.

IV. Si quis sine consensu iu-

## Tit. LXVIII. De eo qui hominem de bargo vel de furca dimiserit.

I. Si quis hominem de bargo vel de furca sine voluntate iudicis dimiserit, IDCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culp. iud.

II. Si quis hominem sine consensu iudicis de ramo, ubi incrocatur, deponere praesumpserit, ICC. denar. qui faciunt sol. XXX culp. iudicetur.

III. Si quis caput hominis, quod inimicus suus in palo miserit, sine permissu iudicis, aut illius, qui eum ibi posuit, tollere praesumpserit, DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud.

IV. Si quis vivum homi-

*x*) Cod. Expilii: *decotato*. Item infra: *decotaverit*. Baluz. *excoriato*.

Digitized by Google

dicis, de ramo ubi incrocatur, deponere praesumpserit, MCC. den. qui faciunt sol. XXX. culpabilis iudicetur.

nem de furca dimiserit, IVM. den qui faciunt sol. C. culp. iud.

## Tit. LXX. De eo, qui filiam alienam acquisierit, et se retraxerit.

I. Si quis filiam alienam ad coniugium quaesierit praesentibus suis et puellae parentibus, et postea se retraxerit, et eam accipere noluerit, (MALB. *Frifra sigena*) MMD. denarios, qui faciunt solidos LXII. et dimidium culpabilis iudicetur.

## Tit. LXX. De eo qui filiam alienam quaesierit, et se retraxerit.

I. Si quis filiam alienam ad coniugium quaesierit, praesentibus suis et puellae parentibus, et postea se retraxerit, et eam accipere noluerit, IID. den. qui faciunt solid. LXII. S. culpabilis iudicetur.

## Tit. LXXI. De basilica incensa.

I. Si quis voluntario ordine, aut fortasse per negligentiam, Basilicam incenderit, (MALB. *Alu trude theo tidio*) VIIIM. den. qui faciunt sol. CC.

## Tit. LVIII. De incendio sive expoliatione ecclesiae sive homicidiis clericorum.

I. Si quis ecclesiam sanctificatam, vel ubi reliquiae Sanctorum reconditae sunt, incenderit, vel de infra ipsa ecclesia aliquam expoliationem de altari, aut de infra illam ecclesiam aliquid tulerit, VIII. den. qui faciunt sol. CC. culp. iud. excep. cap. et dil.

II. Si quis Diaconem interfecerit XII. den. qui faciunt sol. CCC. culp. iud.

III. Si quis Presbyterum interfecerit XXIV. den. qui faciunt sol. DC. culp. iud.

IV. Si quis Episcopum interfecerit, DCCCC. sol. culp. iud.

Digitized by Google

## Tit. LXXII. De terra commendata.

I. Si quis alteri avicam terram suam commendaverit, et ei noluerit reddere, si eum admallaverit, et convinxerit, DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur.

## Tit. LXXIII. De cultello sexxaudro.

I. Si quis alteri cultellum furaverit, et ei fuerit adprobatum, ipsum in loco restituat, et insuper DC. den. qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur.

## Tit. LXXIV. De chreodiba.

I. Si quis hominem Ingenuum seu in sylva, seu in quolibet loco occiderit, et ad celandum igne combusserit, XXIVM. den. qui faciunt sol. DC. culpabilis iudicetur.

II. Si quis Antrussionem vel foeminam taliter interfecerit, aut celaverit, aut igne cremaverit, LXIIMD. den. qui faciunt solid. MDCCC. culpabilis iudicetur.

## Tit. LXXV. De muliere gravida occisa.

I. Si quis mulierem gravidam occiderit, XXIVM. den. qui faciunt solid. DC. culpabilis iudicetur. Et si probatum fuerit,

## Tit. LXXI. De terra condemnata. y)

I. Si quis terram alienam condemnaverit, et ei fuerit adprobatum, IID. den. qui faciunt sol. LXII. S. culp. iudicetur.

*Hic est finis legis Salicae ex editione Pithoei sive Lindenbrogii. Baluzius vero adhuc titulum sequentem, qui neque in Bamb., neque in Goth. adest, ex Codice Mazarino bibliothecae Regiae addidit.*

## Tit. LXXII. De invictu strictu.

I. Si quis pitto alterius excusserit, invitu stricto centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis iudicetur.

II. Si vero contra voluntatem domini, et negare voluerit, et ei fuerit adprobatum, capitale restituat et insuper mille quadringentis denariis, qui faciunt solidos triginta quinque, culp. iudicetur.

*In uno Guelferbitano autem eadem fere leguntur his verbis:*

### De invitus trito.

Si quis pitto alterius ex-

y) Pithoeus totum hunc titulum in omnibus exemplaribus defuisse notavit. Nec in Bamb. nec in Goth. nec demum in duobus Guelff. extat. Bignonius illum autem in uno Codice Regio et in duobus Phyliraceis invenit.

Digitized by Google

quod partus ille puer fuerit, simili conditione pro ipso puero DC. solid. culpabilis iudicetur.

II. Si quis puellam intra duodecim annos usque ad duodecimum impletum occiderit, sol. CC. culpabilis iudicetur.

III. Si vero maiori aetate usque ad sexagesimum annum, quousque partum habere potuerit occiderit, XXIVM. den. qui faciunt solid. DC. culpabilis iudicetur.

IV. Si postea fuerit occisa, quando iam partum amplius habere non potuerit, sol. CC. culpabilis iudicetur.

## Tit. LXXVI. De Antrussione.

I. Si Antrussio Antrussionem de quacunque causa admallare voluerit, ubicunque eum invenire potuerit, super septem noctes cum testibus eum rogare debet, ut ante iudicem ad Mallobergo de caussa quae inputatur ex hoc respondendo debeat convenire. Si eis ibidem non convenerit, aut iste venire distulerit, qui ipsum admallaverit, in nubi eum solsatire debet. Sic postea iterata vice ad noctes XIV. eum rogare debet, ut ad illum Mallebergo debeat venire ad dandum responsum. Et qui admallatur, si eo venerit, tunc qui eum admallavit, si causa minor fuerit, aut minus quam XXXV. sol. componatur, debet ibi sextus Wedredo iurare; et ille postea qui rogatus fuerat, si se ex hoc idoneum esse cognoscat, se decusserit (MALB. *invitus tritto*) CXX. den. qui faciunt sol. III. culp. iud. Si vero contra voluntatem domni, et negare voluerit, et ei fuerit adprobatum capitale in locum restituat, et insuper MCCCC. den. qui fac. sol. XXX. culp. iud. excepto cap. et delatura.

*Similia denique Baluzius in libro Pithoei invenit, ubi post Decretionem Chlotarii Regis a Pithoeo sequentia calamo addita erant:*

Si quis alterum pitto excusserit (MALB. *Wistritto*) sunt denar. CXX. qui faciunt sol. III. culp. iud. except. cap. in locum restituat.

*Absolutis iis quae proprie Legem Salicam constituunt in editionibus Lindenbrogii et Baluzii adhuc appendicis loco alia extant, Legi Salicae affinia, quorum pars etiam apud Heroldum legitur.*

## RECAPITULATIO LEGIS SALICAE.

---

Sciendum est, quod in quibusdam libellis Salicis z) inveniuntur capitula principalia LXV. in quibusdam etiam paulo plus, aut paulo minus. Continentur alia capitula in quibusdam co-

z) Eccard. *libellis legis Salicae.*

Digitized by Google

bet postea cum duodecim per sacramenta absolvere. Si vero maior causa fuerit, quam XXXV. solidis culpabilis inveniatur, seu adhuc maiori numero superest, ut unde minus quam XLV. solidi non iudicentur, ipse qui eum rogavit, cum novo Wedredo debet iurare, et ille qui rogatus est, si se idoneum agnoscit, se cum octavo decimo datis sacramentis absolvere debet. Si certe talis fuerit causa unde XLV. sol. aut amplius usque ad leudem componere debet, ipse qui eum rogavit, debet duodecimus Wedredo iurare; et ipse qui rogatus est, si se innocentem esse cognoscit, vicesimus quintus datis sacramentis absolvere se debet. Si vero de leude eum rogatum habuerit, debet qui eum rogavit cum XII. Wedredo iurare et ipsas XIV. noctes aeneum calefacere; et si ad ipsum placitum venire despexerit, aut manum suam in aeneum mittere noluerit, quicunque Antrusco ille de causa superius comprehensa per sacramenta se absolvere non potuerit, aut manum suam pro leude in aeneum mittere despexerit, aut in placitum venire distulerit, tunc ille qui eum rogatum habuit, solem ei collocare debet, ad ipsam vero diem, in Mallobergo ipso, in XL. noctibus. Si nec ibi se conduxerit, tunc ille qui eum rogatum habuit, solem collocet, postea illum ad praesentiam Regis ad noctes XIV. rogare debet, et ibidem duodecim testes ponere, qui per singulas vices tres iurati dicant, quod ibi fuisdicibus XCIX. in quibusdam vero plus minusve. Habent etiam species, in quibusdam libellis XX. et VII. in quibusdam vero minus vel paulo plus.

Inquirendum est compositionis legis Salicae quot varietates, et quae numerum perminimum, quae vero per maximum habeat.

Divisionis compositionis summa *a*) CCCLVIII. varietates XXXI.

I. Incipit autem a septem denariis, ut si quis agnum furaverit.

II. Inde ad decem, ut si quis alterius messem damnaverit.

III. Inde ad solidum unum, ut si quis porcellum, qui sine matre vivere potest, foris domum furaverit.

IV. Inde ad solidum unum et tremissem, ut si quis alterius servum caedit.

V. Inde ad sol. III. ut si quis tres capras furaverit. Haec compositio III. solidorum in XLIII. locis legis Salicae habetur.

VI. Inde ad sol. III. et den. I. ut, si quis viduam in coniugium voluerit sociare.

VII. Inde ad sol. V. Hi sunt, qui in raptu secundum legem componunt. Haec compositio II. locis habetur.

VIII. Inde ad sol. VI. pro redemptione servi, ut non castretur. Haec com-

---

*a*) Eccard. *quae vero permaximum habeant divisionis. Compositiones sunt etc.*

sent, ubi illi admonitio ad XIV. noctes solem collocasset, et ille de sacramento se non absolvat, nec manum suam pro leude in aeneum posuisset. Similiter et alii tres testes dicant, quod in XL. noctibus sole ei collocato, et ille nullatenus de Antrussione Gavialto estre legibus dixisset. At tertia vice tria testimonia similiter dabit, qui dicant qualiter eum ad praesentiam Regis venire rogasset: et si nec tunc venerit, ipsa novem testimonia, sicut superius diximus, iurati dicant. Similiter illa die, si non venerit collocet ei solem, et illa tria testimonia, quae ibi fuerant quando sol collocabatur. Si ista omnia impleverit qui eum admallat, et ille qui admallatur ad nullum placitum venire voluerit, tunc Rex ad quem mannitum est, eum extra sermonem suum ponat, et quicunque eum aut paverit, aut hospitium illi dederit, si fuerit uxor propria, sol. XV. culpabilis iudicetur, donec omnia, quae illi imputantur, legibus componat.

II. Si Antrussio Antrussionem pro qualibet caussa manierit, aut fideiussorem quaesierit, et eum secundum legem non rogaverit; sol. XV. culpabilis iudicetur; excepto quod praetermittit caussa illius, anno integro nullatenus terminetur.

III. Si Antrussio contra Antrussionem testimonium iuraverit, sol. XV. culpabilis iudicetur.

## Tit. LXXVII. De eo qui in aliena domo resedit.

I. Si quis super Ingenuum in domo sua resedit, aut alius inpositio sex sol. in quinque locis habetur.

IX. Inde ad sol. VII. S. ut si quis scrofam alterius subbatit, ut porcellos non habeat.

X. Inde ad sol. IX. ut si quis alterum clauso pugno percutit. Haec compositio IX. sol. in III. locis habetur.

XI. Inde ad sol. XII. S. ut si quis servum ministerialem in mortis periculum immiserit, et eum Deus liberavit.

XII. Inde ad sol. XV. ut si quis sponsam alterius tulerit. Haec compositio XV. sol. in XX. et III. locis habetur.

XIII. Inde ad sol. XVII. S. ut si quis alterius verrem furaverit. Haec compositio XVII. S. sol. in III. locis habetur.

XIV. Inde ad sol. XXII. S. ut si quis tributarium Romanum in pelagus impinxerit.

XV. Inde ad sol. XXV. ut si quis servum ministerialem occiderit. Haec compositio in II. locis habetur.

XVI. Inde ad sol. XXX. ut si quis alterius ancillam furaverit. Haec compositio XXX sol. in XXVIII. locis habetur.

XVII. Inde ad sol. XXXV. ut si quis servum alterius furaverit. Haec compositio XXXV. sol. in XXVIII. locis habetur.

XVIII. Inde ad sol. XLV. ut si quis Waranionem furaverit. Haec compositio

genuus voluntate sua lapidem super tectum iactaverit in illius contumeliam, vel aliorum quicunque in domo sua resederunt, pro unaquaque persona quinos denarios solid. culpabilis iudicetur.

II. Si certum fuerit, qui iactaverit, et illud fecerit, VII. sol. culpabilis iudicetur.

## TIT. LXXVIII. In quantas caussas Thalaptas debeant iurare.

I. Si amplius iuraverit quam tres caussas, rem illam in capite perdat; et quantum lex de caussa illa habuerit, culpabilis iudicetur; et de illis qui iuraverunt tres, qui seniores fuerunt, XV. sol. culpabiles iudicentur, et reliqui iuratores quinis solidis componant. Possunt autem iurare de dote, de re in hoste perdita, et de homine qui in servitium revocatur.

## TIT. LXXIX. De delatura.

I. Si quis hominem occiderit, et quod lex habuit pro eo dederit, solid. XXX. pro delatura componat.

II. De puero, aut liberto, solid. XV.

III. De furtibus vero aliis, VII. sol.

IV. Caussae vero Dominicae in triplo componuntur.

## TIT. LXXX. Incipiunt chunnas.

I. Hoc est, unum THOA LASTHI, solid. III. culpabilis iudicetur.

XLV. sol. in XXXVI. locis habetur.

XIX. Inde ad sol. L. ut si quis Romanum in pelagus impinxerit.

XX. Inde ad sol. LXII. S. ut si quis hominem percutere voluerit cum gladio, et eum non tetigerit. Haec compositio LXII. S. solidorum in XL. locis habetur.

XXI. Inde ad sol. LXX. ut si quis servum aut ancillam ministerialem furaverit.

XXII. Inde ad sol. LXXV. ut si quis servum ministerialem in hoste occiderit.

XXIII. Inde ad sol. XC. ut si quis Waranionem regis furaverit. Haec compositio XC. sol. in III. locis habetur.

XXIV. Inde ad sol. C. ut si quis Romanum occiderit. Haec compositio C. sol. in XXIV. locis habetur.

XXV. Inde ad solidos CLXXXVIII. S. ut si quis mulierem striam vel meretricem clamaverit.

XXVI. Inde ad sol. CC. ut si quis hominem ingenuum occiderit. Haec compositio CC. sol. in XVII. locis habetur.

XXVII. Inde ad sol. CCC. ut si quis lidum alienum in hoste occiderit. Haec compositio CCC. sol. in II. locis habetur.

XXVIII. Inde ad sol. DC. ut si quis hominem ingenuum in hoste occiderit. Haec compositio DC. sol. in XIV. locis habetur.

XXIX. Inde ad solid. DCC. ut si quis mulierem

II. SEX ANCHUNNA, solid. XV. culpabilis iudicetur.

III. SEPTUN CHUNNA, sol. XVII. culpabilis iudicetur.

IV. THEU WALT CHUNNA, sol. XXX. culpabilis iudicetur.

V. THUE SEPTEN CHUNNA, sol. XXXV. culpabilis iudicetur.

VI. THEU WENET CHUNNA, sol. XLV. culpabilis iudicetur.

VII. THO TO CONDI WETH CHUNNA, sol. LXII. et dimidio culpabilis iudicetur.

VIII. FIT TERNU SUNDE, sol. C. culpabilis iudicetur.

IX. ACTO ET USUNDE, sol. CC. culpabilis iudicetur.

X. THEIO THO SUNDE TER THEO CHUNNA, sol. DC. culpabilis iudicetur.

XI. FIT TERNO SUNDE THUE APTHEO CHUNNA, sol. DCCC. culpabilis iudicetur.

## EPILOGUS.

Sciendum autem est, quod in quibusdam Legibus Salicae inveniuntur capitula principalia LXV. in aliis LXX. in nonnullis LXXX. etiam paulo plus aut minus. Sunt qui habeant compositiones CCC LVIII. ac etiam plus minusve. parvulum habentem in utero occiderit.

XXX. Inde ad solid. DCCCC. ut si quis Romanum vel lidum in curte Domini *b)* occiderit.

XXXI. Inde ad solid. IDCCC. ut si quis in truste dominica hominem occiderit, et in puteum iactaverit. Haec compositio IDCCC. sol. in II. locis habetur.

## Sententiae de septem septenis, hoc sunt pariculas causas. *c*)

I. Si quis basilicam incenderit, sol. CC. culp. iud.

II. Si quis Francus Francum occiderit, solid. CC. culp. iud.

III. Si quis villam alienam adsalierit, et ibidem ostia fregerit, et canes occiderit, et homines plagaverit, vel aliquid exinde in carro duxerit, sol. CC. culp. iudicetur.

IV. Si quis alicui herbas dederit bibere, unde moriatur, sol. CC. culp. iud.

V. Si quis uxorem alie-

*b*) Baluz. *in truste dominica.*

*c*) Ista in Codice Gandavensi et in Remensi teste Baluzio post Capitulare anni DXXLXXIX. posita erant, et à Tilio edita sunt post Decretionem Chlotarii ante librum Legis Salicae. Lindenbrogius autem ea reposuit in calce eiusdem Legis post recapitulationem solidorum. In Codice porro Remensi sic habet titulus: *Incipiunt Sententias de septem septinas hoc sunt pariculas causas.* Quem Tilius eoque duce Lindenbrogius sic emendaverunt: *Sententiae de septem septenis hoc est particularibus causis.* Sed male. Nam qui sententias illas collegit, per causas pariculas intellexit eas, quae secundum Legem Salicam pari mulcta sive poena iudicandae erant, hoc est mulcta ducentorum solidorum.

Digitized by Google

Inquirendum igitur erit in compositionibus Legis Salicae, quid varietatis, et quem numerum minimum, quem maximum habeant. Divisiones namque compositionum sunt CCCLVIII. Varietates autem XXXI. quae ita inveniuntur. Incipiunt autem à VII. denariis ut

I. Si quis agnum furaverit I
Inde ad decem denarios venit; ut
II. Si quis alterius messem damnaverit. I
Inde ad solidum unum; ut
III. Qui porcellum, qui sine matre, et reliqua. I
Inde ad solidum unum et tremissem; ut
IV. Qui alterius servum caedit. I
Inde ad solidos tres; ut
V. Si quis tres capras furaverit. Et haec compositio 43. in locis habetur. XLIII
Inde ad III solidos et denarium unum; ut
VI. Si quis viduam in coniugium sociare voluerit, et reliqua. I
Inde ad solidos quinque.
VII. Hi sunt qui in raptu solvunt compositionem. Et haec comp. habetur in 2. locis. II
Inde ad solidos sex,
VIII. Pro redemtione servi, ut non castretur. Et haec compos. in 5. locis habetur. V
Inde ad solidos VII. et denarium, ut
IX. Si quis scrovam subbatit in furtum. I
Inde ad solidos VIII.; ut
X. Si quis alterum de clauso pugno. Et haec compositio in 5. locis habetur V
Inde ad solidos XII. et denarium; ut

nam tulerit vivo marito, sol. CC. culp. iud.

VI. Si quis hominem mortuum effoderit, et expoliaverit, sol. CC. culp. iud.

VII. Si quis Francus Francum vendiderit, sol. CC. culp. iudicetur.

*Hic est finis editionis Baluzianae. Lindenbrogius autem adhuc plura adiecit; quae sunt Decretio Childeberti Regis, Pactum pro tenore pacis Dominorum Childeberti et Clotharii Regum, Decretio Clotharii Regis, Capitula quae gloriosissimus Karolus in Lege Salica mittere praecepit, et Capitula de causis admonendis. Haec omnia quaere in nostro Tomo secundo, ubi duce Baluzio conlata sunt. Unum hoc notandum superest, quod apud Lindenbrogium post paragraphum decimum sextum Decretionis Childeberti uno tenore scriptum legitur, quamvis ad eam plane non pertineat.*

Expliciunt legis Salicae libri III. Quam Clodoveus Rex Francorum statuit, et postea una cum Francis pertractavit, ut ad titulos aliquid amplius adderet sic ut à primo usque ad septuagesimum octavum perduxerit. Inde vero Childebertus post multum tempus tractavit, ut quidquid invenire potuerit ibi cum suis Francis adderet: hoc est, à LXXVIII. usque ad LXXXIV. quicquid invenit digne ibidem

Digitized by Google

XI. Si quis ministerialem in mortis periculo I
Inde ad solidos XV·; ut
XII. Si quis sponsam alterius tulerit. Haec compositio in locis 93. habetur. XCIII
Inde ad solidos XVII. cum dimidio; ut
XIII. Si quis alterius vaccam furaverit. Haec compositio in 4. locis habetur. IV
Inde ad solidos XXII. cum dimidio; ut
XIV. Si quis tributarium Romanum in pelagus I
Inde ad solidos XXV.; ut
XV. Si quis servum ministerialem occiderit. Haec compositio in 2. locis habetur. II
Inde ad solidos XXX.; ut
XVI. Si quis ancillam furaverit. Haec compositio in 26. locis habetur. XXVI
Inde ad solidos XXXV.; ut
XVII. Si quis alterius servum furaverit. Haec compositio in 29. locis habetur XXIX
Inde ad solidos XLV.; ut
XVIII. Si quis Waranionem furaverit. Haec compositio in locis 41. habetur. XLI
Inde ad solidos L.; ut
XIX. Si quis Romanum in pelagus. I
Inde ad solidos LXII. et dimidium; ut
XX. Si quis hominem vult percutere gladio. Haec compositio in 38. locis habetur. XXXVIII
Inde ad solidos LXX.; ut
XXI. Si quis servum aut ancillam de ministerio. I
Inde ad solidos LXXV.; ut
XXII. Si quis servum ministrantem in hoste occiderit. I

imposuisse cognoscitur. Iterum cum hos Titulos Clotharius à germano suo seniore gratanter excepit, sic et ipse similiter cum regni sui sapientibus invenit, ut à LXXXIV. adderet, et ita perfectum perduxit. Et inde quae ipse invenit ad fratrem suum rescripta direxit. Et ita inter se firmaverunt, ut ista omnia quae constituerunt inviolabiliter omnique tempore conservata fuissent.

Inde ad solidos XC.; ut

XXIII. Si quis taurum regis furaverit. Haec compositio in 3. locis habetur. III

Inde ad solidos C.; ut

XXIV. Si quis Romanum occiderit. Haec compositio in 13. locis habetur. XIII

Inde ad solidos CLXXXVII. et dimidium; ut

XXV. Si quis mulierem striam clamaverit. I

Inde ad solidos CC.; ut

XXVI. Si quis hominem ingenuum occiderit. Haec compositio in 25. locis habetur. XXV

Inde ad solidos CCC.; ut

XXVII. Si quis Litum in hoste occiderit. Haec compositio in 2. locis habetur. II

Inde ad solidos DC.; ut

XXVIII. Si quis hominem ingenuum in hoste. Haec compositio in 11. locis habetur. XI

Inde ad solidos DCC.; ut

XXIX. Si quis mulierem habentem in utero. I

Inde ad solidos DCCCC.; ut

XXX. Si quis Romanum vel Litum in truste. I

Inde ad solidos MDCCC.; ut

XXXI. Si quis hominem in truste dominica. Haec compositio in 2. locis habetur. II

---

Digitized by Google

## LEX SALICA ECCARDI
### EX CODICE GUELFERBYTANO.

*In Codice Guelferbytano tam Prologus quam Index Titulorum omnino deest.*

## LEX SALICA SCHILTERI
### EX CODICE PARISIENSI.

In Christi nomine incipit Prologus Legis Salicae.

Gens Francorum inclita auctore Deo condita fortis in arma firma pace freta profundo in consilio. Corporea nobilitas incolumna candore forma egregia audax velox et aspera à catholica fide conversa, immunis ab herese, dum adhuc teneretur à barbaro inspirante Deo inquirens scientiae clavem iuxta morum suorum qualitatem desiderans iustitiam custodens pietatem dictaverunt Salicam legem per proceres ipsius gentes qui nunc temporis eiusdem aderant rectores electi de pluribus viris quatuor his nominibus, Vuisogastis, Bodogastis, Salegastis, et Vuidegastis in loca cognominantia Salechagine, Bodogagine, Vuidochami. Qui per tres mallos convenientes omnes causarum origines sollicite discutiendo tractatis de singulis iudicium decreverunt hoc modo. Ad ubi Deo favente Rex Francorum Chlodoveus torrens et pulcher primum recepit Catholicum baptismum et quod minus inspecto habebat idoneum pro culpis regis Chlodoveo et Childeberto et Chlothario fuit lucidis emendatum. Vivat quis Francos diligit. Christus eorum regnum custodiat rectores eorundem



Digitized by Google

lum. suae gratiae repleat exercitum protegat fidem monumenta tribuat pacis gaudia et felicitatis tempora dominantium Dominus Iesus Christus pietatem concedat. Haec estque gens fortis dum est robore valida Romanorum iugum durissimum de suis cervicibus excusserunt pugnando. Atque post agnitiones Baptismum Sanctorum Martirum corpora quae Romani igne cremaverunt vel ferro truncaverunt vel bestiis laceraverunt proiecerunt Francis super eos aurum et lapides pretiosas ornaverunt. Tantum.

---

## INCIPIUNT CAPITULA LEGIS SALICAE.

1. *De Manire.*
2. *De furtis porcorum.*
3. *De furtis animalium.*
4. *De furtis ovium.*
5. *De furtis caprarum.*
6. *De furtis canum.*
7. *De furtis avium.*
8. *De furtis arborum.*
9. *De furtis apium.*
10. *De damno in messe vel in qualibet clausura.*
11. *De servis vel mancipiis furatis.*
12. *De furtis ingenuorum vel effracturis.*
13. *De rapto ingenuorum vel mulierum.*
14. *De eo qui alterius mulierem tollit vivo marito.*
15. *De supervenientes vel expoliationibus qui hominem ingenuum expoliat.*
16. *Si quis villam alienam adsalierit.*
17. *Si quis hominem mortuum effoderit aut expoliaverit.*
18. *Si quis corpus in furtu expoliaverit ante quam interea mittatur.*
19. *Si quis casa super hominem dormientem incenderit.*
20. *Si quis spicarium aut maufulum cum anona incenderit.*
21. *Si quis alterum voluit occidere et colpus fallierit.*
22. *Si quis hominem ingenuum de fuste percusserit.*
23. *Si quis ad Regem hominem innocentem absentem accusaverit.*
24. *De maleficis qui alteri herbas dederit.*
25. *De manu mulieris stringenda.*

Digitized by Google

26. *De nave qui sine permissu Domini sui movunt.*
27. *De asco deintus clavo furato.*
28. *De furtu in molino commisso.*
29. *De eo qui alterius exclusa rumpit.*
30. *De homicidiis parvulorum.*
31. *De femina postquam infantes habere coeperit occidit.*
32. *De femina post media etate occiderit.*
33. *De negligentiis parvulorum.*
34. *De puero tonsorato.*
35. *De adulteriis ancillarum.*
36. *De libertis dimissis ingenuis.*
37. *De furtis diversis.*
38. *Si quis messem alienam meterit.*
39. *Si quis messem de campo alieno furaverit.*
40. *Si quis prato alieno furaverit et secaverit.*
41. *Si quis vineam alienam vindemiaverit.*
42. *Si quis in orto alieno ingressus fuerit.*
43. *Si quis retem de aqua furaverit.*
44. *Si quis de screone qui clavem habet aliquid furaverit.*
45. *Si quis campo alieno araverit et seminavit.*
46. *De elocationibus.*
47. *De debilitatibus.*
48. *De convitiis.*
49. *De via lacina.*
50. *De ligaminibus ingenuorum.*
51. *De venationibus.*
52. *De sepibus.*
53. *De homine qui per alienam messem apicem traxerit.*
54. *Si quis alienam messem expalmitantem transierit.*
55. *Si quis pro malo ingenio in curte aut in casa in furtum aliquid miserit.*
56. *De homicidiis servorum, vel expoliationibus.*
57. *Si quis servum alienum batterit.*
58. *Si quis servus hominem alienum occisserit.*
59. *Si quis homo ingenuus litum alienum expoliaverit.*
60. *De quadrupedis pecorum si hominem occiserit.*
61. *De vestigio minando.*
62. *De furtis caballorum.*
63. *De caballo alieno extra promisso Domino suo ascenso vel excortato.*
64. *De plagatoribus.*
65. *Si quis servus alienus furatus fuerit vendiderit.*
66. *Si quis hominem ingenuum plagaverit.*
67. *Si servus inculpatus fuerit in furtu.*
68. *De homicidiis ingenuorum.*
69. *De homicidiis in contuberniis factis.*
70. *De homicidio à contubernio facto.*

Digitized by Google

71. *De homine in hoste occiso.*
72. *De compositione homicidii.*
73. *De homine ab inimicis truncato et post interfectum.*
74. *De homine de bargo vel de furca dimisso.*
75. *De expoliata ecclesia.*
76. *De basilica incenduta.*
77. *De Presbyteris vel Diaconibus interfectis.*
78. *De Reipuse ut solet homo mori et viduam dimiserit.*
79. *De migrantibus.*
80. *De affaetumie.*
81. *De filo torto.*
82. *De falso testimonio.*
83. *Si quis alicui fuerit imputatum periurasset.*
84. *De testibus qui necessitatibus habuerit dare.*
85. *De fides factis.*
86. *De eo qui Grafionem ad res alienas iniuste invitaverit*
87. *De rem praestata.*
88. *De manu de aeneo redimenda.*
89. *De eo qui Grafionem occisserit*
90. *De eo, qui ad mallum venire contempserit.*
91. *De Racimburgiis.*
92. *De alodis.*
93. *De eo, qui se de parentilla tollere vult.*
94. *De aroena.*
95. *De ereburgio.*
96. *De eo, qui filia aliena sponsaverit et se retraxerit.*
97. *De eo qui alterum in puteum aut in pelagum inpinxerit.*
98. *De terra condemnata.*
99. *De crimine crudeque paganorum tempore observabunt.*
100. *Incipiunt chunnas.*

Digitized by Google

# INCIPIT LEX SALICA.

## CAPITOLUM

### I. De Manire.

Si quis ad mallum legibus dominicis manitus fuerit, et non vinerit, sol. XV. culpabilis iudicitur. Ille vero qui alium manit, et ipse non vinerit (MALLARE *abtena*) ei qui manebit DC. dinarius, qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicitur.

Qui alium manit cum testibus ad domum illius ambulare debit et sic eum manire, ut aut uxor illius aut quemcunque de familia appellit, ut illi faciat notum, quod ab illo manitus est. Nam si in dominica ambascia fuerit occupatus, manire non potest, si vero intro pago fuerit sua rationem, sicut superius diximus manire potest.

### II. De furtis porcorum.

Si quis porcellum lactentem furaverit, cui fuerit adprobatum (MALB. *charcalcio*)

# INCIPIT LEX SALICA.

## PRIMUS TITULUS.

### I. De manire.

Si quis ad mallum legibus dominicis mannitus fuerit et non venerit: Si eum sunnis non detinuerit sunt din. DC. qui fac. solid. XV. culpabilis iudicetur. Ille vero qui alium mannit et ipse non venerit si eum sunnis non detenuerit sunt din. DC. qui fac. solid. XV. cui mannuit componat.

### II. De furt. porcorum.

Si quis porcellum lactantem de franne furaverit et ei fuerit adprobatum (MALB. *chrinne*

sunt dinarius CXX. faciunt sol. III. culpabilis iudicitur.

Si quis porcellum de campo furaverit qui sine matre vivere possit (MALB. *in zymus*) sunt dinarius XL. faciunt sol. uno, cui fuerit adprobatum, culpabilis iudicitur.

Si quis servua in assum subtulerit (MALB. *nari calti*) sunt dinarius DC. faciunt sol. XV. culpabilis iudicitur, excepto capitale et dilatura.

Qui numerus usque ad duus porcus convenerit observare.

Si quis porcellum de intro porcus furaverit, et ei fuerit adprobatum (MALB. *suane calte*) sunt dinarius DC. faciunt sol. XV. culp. iud. excepto capitale et delatura.

Si quis certussum porcellum furaverit usque ad anneculatum (MALB. *drace*) sunt dinarius CXX. faciunt sol. III. culp. iud. excepto capitale et dilatura.

Post annecolatum vero (MALB. *drace*) sunt dinarius DC. faciunt sol. XV. culp. iud. excepto capitale et dilat.

Si quis verrem furaverit cui fuerit adprobatum (MALB. *cristiau*) sunt dinarius DCC. faciunt sol. XVII. culp indic. excepto capitale et dilatura.

Si quis scrova docaria furaverit, cui fuerit adprobatum (MALB *pedonii*) sunt dinarius DCCC. faciunt sol. VII. culp. iud. excepto capitale et dilatura.

Si quis maiale sacribo furaverit, et hoc testibus, quod sacribus fuit, cui fuerit adprobatum (MALB. *chuc, cham*) sunt dinarius DCC. faciunt

*chultis*) din. CXX. qui faciunt solidos III. culpabilis iudic.

Si quis porcellum furaverit qui sine matre vivere possit et ei fuer. adprobatum (MALB. *chrinnis thetica*) sunt din. XL. qui fac. sol. I. culp. iudicetur excepto capitale et dilatura.

Si quis porcellum furaverit (*bimum ingismus, sui anni*) id est sol. LXV. culp. iudicetur exc. cap. et dil.

Si quis verrum fur. (MALB. *Christiano*) sunt den. DCC. qui fac. sol. XXII. s. culp. iud. excep. cap. et dil.

Si quis scrovam ducariam furaver. (MALB. *reodemia*) s. den. DCC. qui fac. sol. XVII. s. culp. iud. excep. cap. et dil.

Si quis maialo sacrivo fur. et ille qui illum perdidit cum testibus potuerit adprobare quod sacrivos fuisset, hoc est votivus (MALB. *bracho cahimo*)

Digitized by Google

sol. XVII. culp. iudic., excepto capitale et dilatura.

Iterum de alio maiale, qui sacrifus non fuit, et eum furaverit, cui fuerit adprobatum (MALB. *barcho*) sunt dinarios DC. faciunt sol. XV. culp. iudic. excepto capitale et dilatura.

Si quis viginti et quinque porcus furaverit, ubi amplius in gregem illum non fuerint (MALB. *sunesta*) sunt dinarius IID. faciunt sol. LXII. culp. iudic., excepto capit. et dilat.

Si vero amplius super viginti et quinque remanserint, qui non fuerint involati, cui fuerit adprobatum (MALB. *in zymus*) sunt dinarius ICCCC. faciunt sol. XXXV. culp. iud. excepto capitale et dilatura.

Si vero L. porci fuerint involati, cui fuerit probatum (MALB. *sunnesta*) sunt dinarius IID. faciunt sol. LXII. excepto capitale et dilatura.

sunt den. DCC. qui fac. sol. XVII. s. culp. iud. excep. cap. et dil.

Si quis maialem qui sacrivus non fuerit fur. (MALB. *bratho sive babane*) sunt den. DC. qui fac. sol. XV. excep. cap. et dil.

Si quis de gregem quindecim porcus fur. (MALB. *taxata*) sunt den. ICCCC. qui fac. sol. XXXV culp. iud. excep. cap. et dil.

Si quis XXV. porcus furaverit (MALB. *sunistit*) sunt den. IID. qui fac. sol. LXII. s. culp. iud. excep. cap. et dil. qui lex usque quinquaginta porcus excep. cap. et dil. omnium iudicium terminantur.

## III. De furtis animalium.

Si quis vetellum lactentem furaverit, cui fuerit adprobatum (MALB. *protero*) sunt dinarius CXX. faciunt sol. III. culp. iud. excepto capitale et dilat.

Si quis bimum animalem furaverit, cui fuerit adprobatum (MALB. *scedo*) sunt dinarius DC. faciunt sol. XV. culp. iudic. excepto capitale et dilatura.

Si quis vacam cum vitolum furaverit, cui fuerit adprobatum (MALB. *protero*) sunt dinarius ICCCC. fac. sol. XXXV. culp. iud. exc. cap. et dil.

Si quis bovem furaverit, cui fuerit adprobatum (MALBERG, *obosino*) sunt dinarius IICCCC.

## III. De furtis animalium.

Si quis vitulum lactantem fur. (MALB. *podor aut frico*) sunt den. CXX. qui faciunt sol. III. culp. iud. excep. cap. et dil.

Si quis anniculum usque ad bimatum fur. (MALB. *thinzim et podae*) sunt den. DC. qui fac. sol. XV. culp. iud. excep. cap. et dil.

Si quis bo[illegible] aut vaccam fur. (MALB. *po[illegible]r*) sunt den. ICCCC. qui fa[illegible] sol. XXXV. culp. iud. excep. cap. et dil.

Digitized by Google

faciunt sol. XXXV. culp. iud. excepto capitale et dilatura.

Si quis taurum furaverit, qui illum gregem regit, nec unquam iunctus fuit, cui fuerit adprobatum (MALB. *chari ocito*) sunt dinarius ICCCC. faciunt sol. XLV. culp. iudic. excepto capitale et dilatura.

Si vero taurus ipse de tres villas vacas tenuerit, hoc tres pellius, qui eum furaverit (MALB. *hamachito*) sunt dinarius ICCCC. faciunt sol. XLV. cui fuerit adprobatum, culp. iudic., excepto capitale et dilatura.

Si quis vero duodecim animalia furaverit, ut nec unus exinde remanit (MALB. *sunesta*) sunt den. IID. faciunt sol. LXII. culp. iud. exc. cap. et dil.

Si vero pluribus XXV. furaverit et si adhuc aliquid remanent, qui non fuerint involati (MALB. *sunnesta*) sunt dinarius IID. faciunt sol. LXII. culp. iud. exc. cap. et dilatura.

Si quis taurum grege regente fur. hoc est trespellium qui de tressulas communis vacas tenuerit et nunquam iunctus fuisset (*schegmeneteo*) sunt den. IDCCC. qui fac. sol. XLV. excep. cap. et dil.

Si quis XII. animalia fur. (MALB. *sonistit*) sunt den. IID. qui fac. sol. LXII. s. culp. iudicetur excep. cap. et dil. et usque ad XX. unum iudicium terminantur.

## IV. De ovibus furatis.

Si quis agnum lactentem furaverit, cui fuerit adprobatum (MALB. *lap.*) sunt dinarius VII. faciunt medio triante culp. iud.

Si quis annicolum aut bimum vervicem furaverit, et ei fuerit adprobatum (MALB. *lampse*) sunt dinar. ICCCC. faciunt sol. XXXV. culp. iud. exc. cap. et dil.

Certe si in tres aut amplius furaverit, cui fuerit adprobatum (MALB. *lampse*) sunt din. ICCCC. fac. sol. XXXV. culp. iud. exc. cap. et dil.

Qui numerus usque ad XL. virvicis convenit observare.

## IV. De furtis ovium.

Si quis agnum fur. (*lem*) den. VII. qui fac. culp. iud. exc. cap. et dil.

Si quis anniculum vel bimum vervicem fur. (MALB. *inyzimus*) sunt den. CXX. qui fac. sol. III. culp. iud. excep. cap. et dil.

Certe si duos aut tres fur. (MALB. *fretuschaeto*) sunt den. ICCCC. qui fac. sol. XXXV.

Digitized by Google

Si vero lautam amplius furaverit, (MALB. *feto*) sunt dinarius IID. faciunt sol. LXII. culp. iud. exc. cap. et dil.

## V. De furtis caprarum.

Si quis tres capras furaverit, cui fuerit adprobatum (MALB. *lausmata*) sunt dinarius CXX. sol. III. culp. iud. exc. cap. et dil.

Si super tres furaverit (MALB. *roscimada*) sunt dinarius DC. fac. sol. XV. culp. iud. exc. cap. et dil.

## VI. De furtis Canum.

Si quis subuso magistro furaverit, cui fuerit adprobatum (MALB. *leodardi*) sunt dinar. DC. faciunt sol. XV. culp. iud. exc. cap. et dil.

Si quis canem qui legamine novit post solis hoccassum occiderit, sicut superius diximus, intemamus.

Si quis pastoralem canem occiderit aut furaverit, cui fuerit adprobatum (MALB. *leodardi*) sunt dinar. CXX. faciunt sol. III. culp. iud. exc. cap. et dil.

## VII. De furtis Abium.

Si quis unum vasum deintus clavem furaverit et tictum super aperierit, cui fuerit adprobatum (MALB. *antedi leodardi*) sunt din. IDCCC. faciunt sol. XLV. culp. iud. exc. cap. et dil.

Si vero unum vasum cum

culp. iud. excep. cap. et dil. Qui numerus usque ad XL. verveces convenit observare.

Si quis verveces XL. aut amplius fur. (MALB. *freto*) sunt den. IID. qui fac. sol. LXII. s. culp. iud. excep. cap. et dil.

## V. De furtis caprarum.

Si quis tres capras fur. (MALB. *aper*) sunt den. CXX. qui fac. sol. III. culp. iud. excep. cap. et dil.

Si quis super tres capras fur. (MALB. *chanchus*) sunt den. DC. qui fac. sol. XV. culp. iud. excep. cap. et dil.

## VI. De furtis canum.

Si quis seusum Magistrum fur. (MALB. *fluuvicus ius cornutu nechanna*) sunt den. DC. qui fac. sol. XV. culp. iud. excep. cap. et dil.

Si quis veltrum agatario fur. (MALB. *chunabana*) sunt den. DC. qui fac. sol. XV. culp. iud. excep. cap. et dil.

Si quis canem pastoralem fur. (MALB. *leudardo*) sunt den. CXX. qui fac. sol. III. culp. iud. excep. cap. et dil.

## VII. De furtis avium.

Si quis acceptorem de arbore fur. (MALB. *hocticla*) sunt den. CXX. qui fac. sol. III. culp. iud. excep. cap. et dil.

Si quis acceptorem de intro clave fur. (MALB. *orto fugia*) sunt den. IDCCC. qui fac. sol. XLV. culp. iud. excep. cap. et dil.

Si quis acceptorem de per-

apis foris casa furaverit, ubi amplius non fuerit, et ei fuerit adprobatum, causam superius compensam sol. XLV. culp. iud. exc. cap. et dil.

Si amplius apepus usque ad VI. furaverit, ut aliquid remaniant, et ei fuerit adprobatum (MALB. *leodardi*) sunt den. DC. faciunt solid. XV. culp. iud. exc. cap. et dil.

Si vero VI. aut amplius furaverit adhuc, et aliquid remaniant, cui fuerit adprobatum (MALB. *leodardi*) sunt din. IDCCC. fac. sol. XLV. culp. iud. exc. cap. et dil.

## VIII. De Avibus.

Si quis accipitrem de arborem furaverit et ei fuerit adprobatum (MALB. *horhut*) sunt din. CXX. faciunt solid. III. culp. iud. exc. cap. et dil.

Si quis accipitrem de pertica furaverit et ei fuerit adprobatum (MALB. *marahocla*) sunt din. DC. faciunt sol. XV. culp. iud. exc. cap. et dil.

Si quis vero accipitrem de intro clave furaverit, cui fuerit adprobatum (MALB. *naobfocla*) sunt din. IDCCC. fac. sol. XLV. culp. iud. exc. cap. et dil.

Si quis ansare furaverit, cui fuerit adprobatum (MALB. *sundoleno*) sunt den. CXX. fac. solid. III. culp. iud. exc. cap. et dil.

tica fur. (MALB. *veganus ante te*) sunt den. DC. qui fac. sol. XV. culp. iud. excep. cap. et dil.

Si quis sprevario fur. (MALB. *sundelino*) sunt den. CCXL. qui fac. sol. VI. culp. iud. excep. cap. et dil.

Si quis ansera domestica avaneta fur. (MALB. *sundelino*) sunt den. CXX. qui fac. sol. III. culp. iud. excep. cap. et dil.

Si quis grui aut cicenum domesticum fur. (MALB. *hora fuda*) sunt den. CXX. qui fac. sol. III. culp. iud. cxcep. cap. et dil.

Si quis aucellum detrapa fur. (MALB. *hac falla*) sunt den. DC. qui fac. sol. XV. culp. iud. excep. cap. et dil.

## VIII. De furtis arborum.

Si quis pomario domestico capulaverit aut viuolaverit sunt den. CXX. qui fac. sol. III. culp. iud.

Si quis pomario domestico intus in curte aut in horto l. vinea capulaverit aut fur. s. den. DC. qui fac. sol. XV. culp. iud.

Si quis in silva materium alienum capulaverit aut fur. aut incenderit (MALB. *leudardi*) sunt den. DC. qui fac. sol. XV. culp. iud.

Si quis in silva alterius ligna fur. (MALB. *leodardi*) sunt den. DC. qui fac. sol. XV. culp. iud.

## IX. De furtis apium.

Si quis apem de intro clavem fur. aut amplius si tectus

super eas fuerit (MALB. *ante deo elecharde*) sunt den. IDCCC. qui fac. sol. XLV. culp. iud. except. cap. et dil.

Si quis unum vasum ad apis aut amplius foras tectum fur. (MALB. *taxata abchratis*) sunt den. DC. qui fac. sol. XV. culp. iud.

## IX. De damnum in messe vel in qualibet clausura.

Si quis animal aut cavallum vel qualibet pecus in messe sua invinerit, penitus eum vastare non debit, quod si fecerit et hoc confessus fuerit, capit. in loco restituat, ipsum vero dibilem, qui eum percussit ad se recoligat, si vero confessus non fuerit et ei fuerit adprobatum (MALB. *leodardi*) sunt dinarius DC. faciunt sol. XV. culp. iud.

Si quis in messe sua pecora aliena invinerit, qui pastorem non habent, et eas inclauserit, ut nulli penitus innotiscat, aliqua ex ipsis pecoribus perierit (MALB. *tacxaga*) sunt din. ICCCC. faciunt sol. XXXV. culp. iud. exc. cap. in loco restituat.

Si quis animalem aut quodlibet pecus per sua negligentiam nocuerit, et ipse fuerit confessus, capitale in loco restituat, illum debilem ad se recipiat aut recoligat. Si vero negaverit et ei fuerit adprobatum (MALB. *leodardi*) sunt

## X. De damno in messe vel in qualibet clausura.

Si quis animal aut caballum vel quemlibet pecus in messe sua invenerit paenitus vastare non debet. Quod si fecerit et confessus fuerit capitale in loco restituat ipsum vero debilem ad se reteneat.

Si vero confessus non fuerit et ei fuerit adprobatum (MALB. *leudardi*) sunt den. DC. qui fac. XV. culp. iud. excep. cap. et dil.

Si quis animal aut caballum puncxerit vel iumentum (MALB. *thradiligia*) sunt den. DC. qui fac. sol. XV. culp. iud. excep. cap. et dil.

Si quis in messe sua pecora aliena invenerit qui pastorem non habent et eas inclauserit ut nulli paenitus innotescat et aliquid ex ipsis pecorib. perierint (MALB. *taxata*) sunt den. ICCCC. qui fac. sol. XV. culp. iud. excepto capitale et dil.

Si quis animal vel quemlibet pecus per sua negligentia nocuerit et hoc dominus ei confessus fuerit, capitale in loco restituat.

Si vero negaverit et ei fuerit adprobatum (MALB. *leudardi*) sunt den. DC. qui fac.

Digitized by Google

din. DC. fac. sol XV. culp. iud. exc. cap. et dil.

Si alicuius porci aut quemlibet pecora ipsum costodientem in messe aliena cucurrent et illum necantem, et ei fuerit adprobatum (MALB. *leodardi*) sunt din. DC. fac. sol. XV. culp. iud.

Si quis vero pecora de damnum ad domo, cuius messe vastaverint, minantur, qui eas excutere praesumpserit (MALB. *scuto*) sunt din. DC. fac. sol. XV. culp. iud.

Si vero pecora de damno in elausura fuerint, ille cuius pecora sunt damno, in stematum reddat, et insuper decem dinarius culp. iud.

Si vero per inimicitiam aut per superbia sepem alienam aperuerit et in messe in prato, in vinia, vel qualibet laborem pecora miserit, cuius labor est, si convinctus eum fuerit ad testibus stematum damnum reddat (MALB. *leodardi*) et insuper din. ICC. fac. sol. XXX. culp. iud.

solid. XV. excep. capitale et dilatura.

Si quis alicui porci aut quolibet pecora custodiente pastore in messe aliena incurrerent et illo negante si fuerit adprobatum (MALB. *antesito*) sunt den. DC. qui fac. sol. XV. culp. iud. excep. cap. et dil.

Si q. pecora de damno inclausa fuerint damno estimato reddat et insuper den. X. solvat.

Si vero per inimicitia aut per superbia pecora de damno cuius messe vastaverit aut inclausa fuerint expellere aut excutere dum ad damnum illius minaverunt praesumpserit (MALB. *chisto*) sunt denar. DC. qui fac. sol. XV. culp. iud.

Si quis saepem alienam aperuerit et in messe aut in quolibet labore, pecora miserit si convictus cum testibus fuerit ei cui labor est damno aestimato reddat et insuper (MALB. *leudardi*) sunt den. ICC. qui fac. sol. XXX. culp. iud.

## X. De servis vel mancipiis furatis.

Si quis servum aut ancilla, cavallum vel iumentum furaverit, cui fuerit adprobatum (MALB. *teoducco*) sunt din. ICCCC. faciunt sol. XXXV. culpab. iud.

Si servus aut ancilla cum ip-

## XI. De servis vel mancipiis furatis.

Si quis servum aut ancillam furaverit et ei fuerit adprobatum (MALB. *theos taxata*) sunt den. ICCCC. qui fac. solidos XXXV. culp. iud.

Si quis servum perdiderit aut ancilla valentes sol. XXV.

Digitized by Google

sum ingenuo de rebus domini sui aliquid portaverit, dum sunt dinarius, quicquid ille potest de mancipia ipsa restituat, sicut superius diximus, exc. cap. et dil. culp. iud.

Si quis ancilla prodederit, sol. XXXV. si pro vinitore, si fabrum, si carpentario valente sol. XXX. (MALB. *teodocco*) sunt din. IIDCCCLXXX. fac. solid. LXXXV. cui fuerit adprobatum culp. iud.

## XI. De furtis ingenuorum.

Si quis ingenuus foris casa quod valit duus dinarius furaverit, cui fuerit adprobatum (MALB. *leodardi*) sunt din. DC. faciunt sol. XV. culp. iudic. exc. cap. et dil.

Si vero foris casa, quod valit XL. din. furaverit, cui fuerit adprobatum (MALB. *texxagas*) din. ICCCC. faciunt sol. XXXV. culp iud. exc. cap. et dilatura.

Si quis ingenuus effracturas fecerit et ei fuerit adprobatum (MALB. *antedio*) sunt din. ICC. faciunt sol. XXX. culp. iud. exc. cap. et dil.

Si vero super V. dinarios furaverit et ei fuerit adprobatum (MALB. *antedio*) sunt din. DC. qui faciunt solidos XV. culpa-

furaverit si portario, si venatore, si fabro, si carpentario, si stratore valente solid. d. XXX. furaverit aut occiserit (MALB. *trachra taxaca*) sunt den. ICCCC. qui fac. sol. LX culp. iud. excepto cap. et dilatura.

Si quis servus aut ancilla ad hominem ingenuum de re sui domini aliquid deportaverit de taxaca qui hoc recepit (MALB. *theobardo*) sunt den. DC. qui faciunt sol. XV. culp. iud. exc. cap. et dil.

Si quis homo ingenuus servum alienum intaxaiacam secum involare duxerit aut aliquid cum ipso bitaxaica negociat (MALB. *cheolasina*) sunt den. DC. qui faciunt sol. XV. culp. iud.

## XII. De furtis ingenuorum vel effracturis.

Si quis homo ingenuus de foris casa quod valent II. den. fur. (MALB. *taxaca*) sunt den. DC. qui faciunt sol. XV. culp. iudicetur.

Si vero foris casa quod valent XL. den. furaverit (MALB. *taxaca*) sunt den. ICCCC. qui faciunt sol. XXXV. culp. iud. exc. cap. et dil.

Si vero homo ingenuus aliquid de intus casa furaverit aut clavem infrigerit aut adulteraverit aut exinde aliquid in furtum portaverit (MALB. *antheoco*) sunt den. IDCCC. qui faciunt sol. XLV. culp. iudicetur exc. cap. et dil.

Digitized by Google

bilis indicetur excepto capit. et dilatura.

Si vero clavem effregerit aut adulteraverit, et in domum eingressus fuerit et in furtum aliquid tullerit et ei fuerit adprobatum (MALB. *antedio*) sunt din. IDCCC. faciunt sol. XLV. culp. iud. exc. cap. et dil.

Si vero nihil tullerit, ut fugiens evadat, taliter propter effracturam tantum ICCC. din. faciunt sol. XXXV. culp. iud.

Si quis clavem effrigerit, et nihil exinde portaverit (MALB. *norchloc*) sunt den. ICCC. qui fac. sol. XXXV. culp. iud.

## XII. De furtis servorum vel effracturis.

Si quis servus foris casa, quod valit dinarius, furaverit, et ei fuerit adprobatum (MALB. *falcono*) sunt din. CXX. fac. sol. III. pro dorsum suum aut CXX. flagellus suscipiat.

Si vero quod valit XL. den. involaverit, aut castretur, aut CCXL. din. qui faciunt solid. VI. culp. iud. dominus vero servi capit. in loco restituat.

## XIII. De furtis Servorum.

Si quis servus de foris casa quod valent duo den. fur. excep. cap. et dil. aut flagellus CXX. ictos accipiat aut pro dorso suo CXX. den. qui fac. sol. III. culp. iud.

Si vero fur. quod val. XL. den. aut castretur aut CCXL. den. qui fac. sol. VI. reddat, dominus vero servi qui furtum fec. cap. in loco restituat.

## XIII. De rapto ingenuorum vel mulierum.

Si tres hominis ingenuam puellam de casa rapuerint (MALB. *malzantania*) id est millinus docentinus denar. quod evenit tricinus solid. illi tres solvabant, illi qui super tres fuerint docentinus dinar. hoc est, quinus sol. quisque illorum culp. iud.

Qui cum sagittos fuerint docentinus dinarius, qui faciunt sol. ternus, culp. iud.

Quisque illorum raptorum vero IID. din. faciunt solidos LXII. culp. iud.

## XIV. De raptu ingenuorum.

Si quis tres homines ingenua puella de casa aut de screona rapuerint (MALB. *antonio*) sunt den. ICCC. qui fac. sol. XXX. culp. iud.

Qui super tres fuerint ducentinos den. qui fac. sol. V. unusquisque eorum culp. iud.

Illi vero qui cum sagittas fuerint ternos sol. conponere faciant unusquisque eorum. Raptor vero IID. den. qui fac. sol. LXII. s. cogatur exsolvere.

Digitized by Google

Si vero puella, qui traitur, in verbo regis fuerit, ereus inde exiendis solidos XLII. culp. iudicetur.

Si vero puer regius vel letus ingenua puella traxerit, de vita componat.

Si vero ingenuum quemcunque de illis sua voluntatem secuta fuerit, ingenuetatem suam perdit. Si quam sponsam aliena tullerit et sibi coniugium copolaverit (MALB. *antedio*) sunt den. IID. faciunt solidos LXII. culp. iud.

Si vero puer regis vel litos ingenua femina traxerit tunc de vita componat.

Si vero ingenua femina quicumque de illis sua voluntate secuta fuerit ingenuitate sua perdat.

Si quis sponsam alienam tullerit et sibi in coniugium sociaverit (MALB. *andratheo*) sunt den. IID. qui fac. sol. LXII. s. culp. iud.

Si quis puella desponsata dructi ducente ad maritum aliquis eam inviam adsallierit et ipsam volentem mechatus fuerit (MALB. *gauge chaldo*) sunt den. VIII. qui fac. sol. CC. culp. iud.

Si quis ingenuus aucilla aliena in coniugio sociaverit (MALB. *honimo*) ipsi cum ea in servitio implicetur.

Si quis uxorem alienam tulerit vivo marito (MALB. *abteca* in alia mente *abhato velentemo*) sol. CC. culp. iud.

Si quis cum ingenua puella sponsata ambo partes convenerit et in occulto mechati fuerint (MALB. *finla fina* [*friolasia*]) sunt den. IDCCC. qui fac. sol. XLV. culp. iud.

## XIV. De supervenientes vel expoliacionibus.

Si quis hominem ingenuum insuperventum expoliaverit et ei fuerit adprobatum (MALB. *murdo*) sunt din. IID. qui faciunt sol. XII. culp. iud.

## XV. De superventis vel expoliationibus.

Si quis hominem ingenuum in supervento expoliaverit (MALB. *musido*) sunt den. IID. qui fac sol. LXII. s. culp. iud.

Si quis Romanus homo barbaro expoliaverit (MALB. *mu-*

Si vero Romanum Franco Saligo expoliaverit, et certa non fuerit, per XXV. se iuratores exsolbat, medius tamen electus, se iuratores non potuerit invenire (MALB. *murdo*) aut ad inium ambulat, aut IID. din. qui fac. sol. LXII. culp. iudicetur.

Si vero certa probatio non fuerit XX. se iuratores exsolvat, medius tamen electus, se iuratores nou petuerit non potuerit invenire (MALB. *murdo* sunt din. ICC. faciunt solid. XXX. si adprobatus fuerit, culp. iud.

Si quis hominem migrantem adsallierit et ei fuerit adprobatum, sol. CC. culp. iud.

Si quis hominem, qui admigrare voluerit et de rege abuerit praeceptum et abundivit in mallum publico et aliquid ex ordinacionem regis arrestare praesumpserit (MALB. *alachtaco*) sunt VIII. faciunt sol. CC. culp. iud.

Si quis villa aliena adsallierit, quanti in eum superventum probati fuerint fuisse nuscuntur sexagenis senies sol. culp. iud.

Si quis hominem dormientem in furtum expoliaverit, et ei fuerit adprobatum (MALB. *friomurdum*) sunt din. IV. faciunt solidos C. culp. iud.

Si quis hominem mortuum antequam in terra mittatur, expoliaverit, cui fuerit adprobatum (MALB. *no rebero*) sunt din. IV. faciunt sol. C. culp. iud.

Si quis hominem exfudierit et expoliaverit (MALB. *turni sido*) sunt den. IID. qui fac. sol. LII. s. culp. iud.

Si quis francus homo Romano expol. (MALB. *musido*) sunt den. ICC. qui fac. sol. XXX. culp. iud.

Si quis homo qualicubi migrare disponit et de Rege habet cartas et se habundivit in mallo publico et aliquis extra ordinatione Regis restare aut adsallire eum praesumpserit (MALB. *alachra et huvialacina*) sunt den. VIIIM. qui fac. sol. CC. culp. iud.

Si quis hominem ingenuum dormientem expoliav. (MALB. *prio mosido*) sunt den. qui fac. sol. C. culp. iud.

## XVI. De eo qui alterius villam adsallit.

Si quis villam alienam adsallierit (MALB. *alafalmo*) sunt den. ICC. qui fac. sol. XXX. culp. iud.

Si quis villam adsallierit et hostia frigerit et canes occisserit aut homines placaverit aut exinde in cassa aliquid duxerit (MALB. *turriphathio*) sunt den. VIII. qui fac. CC. culp. iud.

Digitized by Google

*cale*) sunt din. VIII. faciunt sol. CC. cui fuerit adprobatum culp. iud.

Si quis alienam uxorem tollere voluerit vivo marito (MALB. *affalthecha*) sunt din. VIII. faciunt sol. CC. cui fuerit adprobatum culp. iud.

Si quis cum ingenua puella moechatus fuerit, et ei fuerit adprobatum (MALB. *virtuane*) sunt din. IID. faciunt solid. LXII. culp. iud.

Si quis cum ingenua puella spontania voluntatem, ambis convenientibus mina ( leg. *moechatus fuerit*) (MALB. *frilayso*) sunt din. ID. faciunt sol. XLV. culp. iud.

## XVI. De incendiis.

Si quis casa aliena qualibet super hominis dormientis incenderit, cui fuerit adprobatum (MALB. *sel ane effefa*) quam ingenui fuerunt intus mallare debint, et si aliquis intus arserit (MALB. *leodi, selane effa*) sunt din. IIIDC. fac. sol. LXII. culp. iud. de *leode* CC. culp. iud. Cui excusa est (MALB. *anda dil*) sunt din. VIII. faciunt sol. CC. culp. iud.

Si quis spicario aut amachallum cum annona, sote cum porcus, scuria cum animalia

## XVII. De homine occiso et expoliato antequam in terram mittatur.

Si quis corpus sepultum effodierit aut expoliaverit vuargus sit id est expellisset usque in diem illum quam ipsa causa parentibus defuncti faciant emendare et ipsi parentes rogare ad iudicem debeant, ut ei liceat inter homines habitare si tam. auctor sceleris (MALB. *turnichal*) sunt den. VIII. qui fac. sol. CC. culp. iud. et qui eum antequam cum parentibus defuncti satisfaciat hospitium dederit DC. qui fac. sol. XV. culp. iud.

## XVIII.

Si quis corpus occisi hominis antequam in terram mittatur in furtum expol. (MALB. *chreomardo*) s. den. IID. qui fac. sol. LXII. s. culp. iud.

## XIX. De incendiis.

Si quis casam quamlibet super hominem dormientem incenderit ei cui casa est (MALB. *andeba*) sunt den. IID. qui fac. sol. LXII. s. culp. iud.

Illi vero qui exinde evaserint unusquisque ex ipsis malare eum debent per (MALB. *seu eolandoveva*) sunt den. IID. qui fac. sol. LXII. s. culp. iud. qui incendium misit eis.

Si quis ibidem arserit (MALB. *leud.*) sunt den VIII. qui fac. sol. CC. culp. iud.

## XX.

Si quis spicario aut inaffla-

incenderit, cui fuerit adprobatum (MALB. *leo deba*) sunt din. IID. fac. s. LXII. culp. iud.

Si Romanus hoc Romanum admiserit, et certa probatio non fuerit, per XX. se iuratores exsolbat, medius tamen electus, se iuratoris invenire non potuerit tunc ad inium ambalit, hoc dicit MALB. *leode cal* s. din. ICC. fac. sol. XXX. c. iud.

Si quis sepe aut concisa inciderit et ei fuerit adprobatum (MALB. *bila*) sunt din. DC. faciunt sol. XV. culp. iud.

## XVII. De vulneribus.

Si quis alterum vulneraverit aut occidere voluerit, et collabus praeter fallierit et ei fuerit adprobatum (MALB. *selando*) sunt din. IID. faciunt sol. LXII. culp. iud.

Si quis alterum de sagitta toxegata percutere voluerit (MALB. *seo lando*) sunt dinar. ID. faciunt sol. LXII culpabilis iudicetur.

Si quis hominem placaverit aut sanguinem ad terra cadat, et ei fuerit adprobatum (MALB. *selando efa*) din. DC. faciunt sol. XV. culp. iud.

Si quis alterum in caput plagaverit et ei fuerit adprobatum (MALB. *chicsio frit*) sunt din. DC. qui faciunt sol. XV. culp. iud.

Si exinde trea ossa, qui super ipsum cerebrum iacet, exirent (MALB. *chisio frit*) sunt din. ICC. faciunt sol. XXX. culp. iud.

Si vero intra costas vulnus intraverit, usque ad intrania pervinerit, (MALB. *grasfrit*)

cum annona incenderit (MALB. *deba*) sunt den. IID. qui fac. sol. LXII. s. culp. iud.

Si quis concidem aut saepem capulaverit aut incenderit (MALB. *viva*) sunt den. DC. qui fac. sol. XV. culp. iud.

## XX. De vulneribus.

Si quis alterum voluerit occidere et colapus fallierit (MALB. *Seolandoveva*) sunt den. IID. qui fac. sol. LXII. s. culp. iud.

Si quis alterum de sagitta tusacta percutere voluerit (MALB. *Seolandoveva*) sunt den. IID. qui faciunt sol. LXII. s. culp. iud.

Si quis hominem in cap. plag. ut sanguis ad terram cadat DC. den. qui fac. sol XII. culp. iud.

Si quis hominem in capite plagaverit ut exinde tria ossa exeant ICC. den. qui fac. sol. XXX. culp. iud.

Si quis hominem ita plagaverit ut cerebrum appareat et tria ossa desuper cerebro exierint IDCCC. den. qui fac. sol. XLV. culp. iud.

Si vero intra costas vuln. intraver. et usque ad intrania pervenerit ICC. den. qui fa-

Digitized by Google

din. ICC. fac. sol. XXX. culpabilis iudicetur.

De medicatura vero (MALB. *andechabing*) sunt solid. IX. culp. iud.

ciunt solidos XXX. culpabilis iudicetur.

Si vero plaga ipsa semper currit et ad sanitatem non perven. IID. den. qui fac. sol. LXII. s. culp. excep. medica cura quae est CCCLX. den. qui fac. sol. IX.

Si quis ingenuus ingenuum de fuste percusserit, ut sanguis non exiat, III. colobus (MALB. *vad-falto*) hoc est semper unusquisque *stus* tervus solidus solbat.

Si vero sanguis exiret (MALB. *wadfodo*) talem culpum componat, quantum si eum de ferrum vulnerassit.

Si quis clausum manum alterum percusserit (MALB. *vuadeflat*) sunt din. CCCLX. faciunt sol. IX. Item ut per singulus *stus*, ternus sol. reddat

Si quis alterum in via expoliaverit et per fugam evaserit, ipsi fuerit adprobatum (MALB. *murdo*) sunt din. IID. faciunt sol. LXII. culp. iud.

## XXII.

Si quis ingenuus ingenuum fuste percusserit et tamen sanguis non exierit usque ad tres colpos pro unoquoque ictu CXX. den. qui fac. sol. III. solvat.

Si vero sanguis exierit ita compon. veluti eum de ferramento vulnerasset id est DC. den. qui fac. sol. XV. culp. iud.

Si quis alterum clausa manu idem pugno percusserit CCCLX. den. qui fac. sol. IX. culp. iud. id est ut pro unoquoque ictu III. sol. redd.

Si quis alterum in villa assallierit et expoliare voluerit et ille fuga evaserit ICC. den. qui fac. sol. XXX. culp. iud.

Si vero ceperit eum et expoliaverit IID. den. qui fac. sol. LXII. s. culp. iud.

## XVIII. De eum qui ad Regem hominem absentem accusaverit.

Malb. *selando effa* sunt din. IID. faciunt LXII. solid. culp. iudicetur.

## XXII. De eo qui hominem innocentem vel absentem accusat ad Principem.

Si quis hominem innocentem eo absente de culpis minoribus accusaverit IID. den. qui fac. sol. LXII. culp. iud.

Si vero tale crimen ei imputaverit unde mori debuisset si servus esset ille quem accu-

saverit VIII. den. qui fac. sol. CC. culp. iud.

## XIX. De Maleficiis.

Si quis alteri maleficiis fecerit, aut dederit bibere, ut moriatur, et ei fuerit adprobatum (MALB. *touerbus*) sunt din. VIII. fac. sol. CC. culp. iud. aut certe ignem tradatur.

Si quis alterum maleficium ficerit, cui fuerit factum evaserit, autor si sceleris qui admisisse probatus vel convictus fuerit (MALB. *selando effa*) sunt din. IID. faciunt solid. LXII. culp. iud.

## XX. Si quis ingenua muliere manum vel brachium strinxerit.

Si quis homo ingenuus femene ingenui digitum extrinxirit, cui fuerit adprobatum (MALB. *min*) sunt din. DC. faciunt sol. XV. culp. iud.

Si brachium presserit (MALB. *chamim*) sunt din. ICC. fac. sol. XXX. culp. iud.

Certe si super cubitum manum miserit, cui fuerit adprobatum (MALB. *chamino*) sunt din. ICCCC. faciunt solidos XXX. culp. iud.

## XXI. De Navibus furatis.

Si quis extra consilium domini sui nave aliena moverit et eum ea transierit (MALB. *fi-*

## XXIV. De maleficiis.

Si quis alteri herbas dederit bibere et mortuus fuerit VIII. den. qui fac. sol. CC. culp. iud.

Si vero biberit et mortuus non fuerit IID. qui fac. sol. LXII. s. culp. iud.

Si quis alteri aliquod maleficium super iactaverit sive cum ligaturis in quolibet loco miserit IID. den. qui fac. sol. LXII. s. culp.

Si quis mulieri herbas dederit ut infantes habere non possit IID. den. qui fac. sol. LXII. s. culp. iud.

## XXV. De manu mulieris stringenda.

Si quis homo manum femine aut digitum strinxerit DC. den. qui fac. sol. XV. culp. iud.

Si vero brachium strinxerit ICC. den. qui fac. sol. XXX.

Si autem super cubitum manum miserit ICCCC. den. qui fac. sol. XXXV. culp. iud.

Si ergo mamillam strinxerit IDCCC den. qui fac. sol. XLV. culp. iud.

## XXVI. De nave qui sine permissu domini sui moverit.

Si quis sine permissu navem alienam moverit praesumserit et cum ea flumen

*mere*) sunt din. DC. fac. sol. XV. culp. iud.

Si vero nave ipsa furaverit et ei fuerit adprobatum (MALB. *femere*) sunt din. ICCCC. faciunt sol. XXXV. culp. iud.

Si quis asco intra clave reposito in suspensum pro studium positum furaverit, et ei fuerit adprobatum (MALB. *chanzyso* IDCC. din. sunt sol. XV. culp. iud.

## XXII. De furtis in molino commissis.

Si quis ingenuus anona de molino aliena furaverit et ei fuerit adprobatum (MALB. *antedio*) id est cui mulinus est DC. din. faciunt solid. XV. culp. iud.

Ille vero, cuius anona fuisse probatur, alius XV. accipiat ad latrone.

## XXIII. De Caballum extra consilium Domini sui ascinsum.

Si quis cavallum alienum extra consilio caballigaverit, (MALB. *gestabo*) sunt din. ICC. faciunt sol. XXX. culp. iud.

## XXIV. De humicidiis parvolorum vel mulierum.

Si quis puerum ingenuum intra XII. annus usque ad XII. plenus occiderit, cui fuerit

transierit CXX. den. qui fac. sol. III. culp. iud.

Si vero ipsam navem fur. DC. den. qui fac. sol. XV. culp. iud. excep. cap. et dil.

## XXVII.

Si quis navem vel ascum de intro clavem fur. ICCCC. den. qui fac. sol. XXXV. culp. iud. excep. cap. et dil.

Si quis ascum de intro clave repositum et in suspenso pro studio positum furav. IDCCCC. den. qui fac. sol. XLV. culp. iud. excep. cap. et dil.

## XXVIII. De furtis in molino.

Si quis in molino alieno annonam furaverit ei cui molin. est DC. den. qui fac. sol. XV. et ei cui annonae similit. DC. den. qui fac. sol. XV. culp. iud. excep. cap. et dil.

Si quis ferramentum de molino alieno fur. IDCCC. den. qui fac. sol. XLV. culp. iud. excep. cap. et dil.

## XXIX. De sclusis ruptis.

Si quis sclusam de farinario alieno ruperit DC. den. qui fac. sol. XV. culp. iud.

## XXX.

Si quis puerum infra XII. annorum non tonsorato occisserit (MALB. *chacharo leu-*

Digitized by Google

adprobatum (MALB. *leode*) sunt din. XXIV. faciunt sol. DC. culp. iud.

Si quis femena ingenuam interfecerit et ei fuerit adprobatum (MALB. *leodosanii*) sunt din. XXIV. faciunt sol. DC. culp. iud.

Si quis femena trabaterit graveda, cui fuerit adprobatum, (MALB. *ad novaddo leode*) sunt din. XXVIII. fac. sol. DCCC. culp. iud.

Si vero in ventre matris sui occisus fuerit aut ante quod nomen abiat (MALB. *anneando*) sunt din. IV. fac. sol. C. culp. iudicetur.

Si quis verum puerum crinitum ingenuum tundere praesumpserit extra voluntatem parentum, cui fuerit adprobatum (MALB. *virdade*) sunt din. DCCC. fac. sol. XLV. culp. iud.

Si quis ingenuam puellam extra consilium parentum tundere praesumpserit, cui fuerit adprobatum (MALB. *tuschada*) sunt din. IDCCC. faciunt sol. XLV. culp. iud.

Si quis puerum crinito occiderit, cui fuerit adprobatum (MALB. *leode*) sunt din. XXIV. fac. sol. DC. culp. iud.

Si vero puerum infra XII. annorum aliqua culpa comiserit, fretus ei non requeratur.

Si quis femena, post ceperit infantes habere, qui ea occiderit, cui fuerit adprobatum (MALB. *leodinia*) sunt dinar. XXIV. fac. sol. DC. culp. iud.

Post infantis non potuerit abere, occiderit, cui fuerit adprobatum (MALB. *leodinia*) sunt din. VIII. faciunt solid. CC. culp. iud.

*dardi*) sunt den. XXIV. qui fac. sol. DC. culp. iud.

Si quis femina grave debattit et ipse exinde mortua fuerit (MALB. *anoano leodinia*) sunt den. XII. qui fac. sol. CCC. culp. iud.

Si vero infantem in utero matris suae occisserit (MALB. *Annovano*) sunt den. IIII. qui fac. sol. C. culp. iud.

## XXXI.

Si quis femina ingenua postquam infantes habere ceperit occisserit, (MALB. *leodinia*) sunt den. XXIIII. qui fac sol. DC. culp. iud.

## XXXII.

Si quis femina postmedia etate hoc est postquam infantes habere non potest occiseserit, (MALB. *leodinia*) sunt den. VIII. qui fac. sol. CC. culp. iud.

Si quis ingenua puella occiserit, (MALB. *smalchaledi*) den. IIII. qui fac. sol. C. culp. iud.

## XXXIII. De neglegentiis Parvulorum.

Si quis puer infra XII. annos aliqua culpa commisserit fredus ei non requiratur.

## XXXIV. De puero tonsorato.

Si quis puerum sine consilio parentum suorum tonso-

raverit (MALB. *uuachardo*) sunt den. IID. qui fac. sol. LXII. s. culp. iud.

Si vero puella sine voluntate parentum tonsoraverit s. den. IDCCC. qui fac. sol. XLV. culp. iud.

## XXV. De adulteriis ancillarum vel servorum.

Si quis ingenuus cum ancillam alienam mecatus fuerit et ei fuerit adprobatum (MALB. *teolosina*) sunt din. DC. fac. sol. XV. culp. iud.

Si vero cum regi ancilla mechatus fuerit, et ei fuerit adprobatum (MALB. *teolosina*) sunt din. ICC. fac. sol. XXX. culp. iud.

Si quis ingenuus cum ancillam alienam publice iunxerit, ipsi eam in servicio cadat.

Si servos cum ancilla aliena mechatus fuerit et ex ipso crimine ancilla mortua fuerit, servus CCXL. din. qui faciunt sol. sex dominus servi reddat, aut servus castretur, dominus vero capitale dono ancillae infere in loco: si ancilla exmortua non fuerit (MALB. *bab mundo*) servus aut CCC. hictus accipiat aut CXX. din. qui fac. solidos III. cogatur exsolvere.

Si servus ancillam alienam in coniugium sociaverit aut vapulit aut CXX. din. qui fac. sol. III. domino ancillae cogatur exsolvere.

## XXXV. De adulteriis Ancillarum.

Si quis cum ancilla aliena mechatus fuerit (MALB. *evalesina*) sunt den. DC. qui fac. sol. XV. culp. iud.

Si quis cum ancilla Regis mechatus fuerit (MALB. *evalesina*) sunt den. ICC. qui fac. sol. XXX. culp. iud.

Si quis servus cum ancilla aliena mechatus fuerit s. den. CXX. qui fac. sol. III. culp. iud.

Si quis servus ancilla aliena extra voluntatem domini sui ad coniugium sociaverit (MALB. *anthamo*) sunt den. CXX. qui fac. sol. III. culp. iud.

Si quis servus cum ancilla aliena mechatus fuerit et ex ipso crimine ipsa mortua fuerit aut den. CXL. qui fac. sol. VI. dominum ancillae conponat, aut castretur, dominus servi capitale in locum restituat.

Digitized by Google

## XXVI. De libertis extra consilium Domini sui dimissis.

Si quis alienum laetum ante rege per dinarium ingenuum demiserit, et ei fuerit adprobatum (*malteohiatus meo lexim*) sunt din. IV. fac. sol. C. culp. iud.
Si vero laeti ipsius legitimi, refirmetur.

Si quis vero servum alienum ingenuum dimiserit et ei fuerit adprobatum (MALB. *maltho hait homitto*) sunt din. ICCCC. fac. sol. XXXV. culp. iudic. pro divero domini sui reddat.

## XXVII. De furtis diversis.

Si quis vero tintinno de porcina aliena furaverit, cui fuerit adprobatum (MALB. *leodardi*) sunt din. DC. faciunt sol. XV. culp. iud. exc. cap. et dilatura.
Si vero de pecoribus furaverit et ei fuerit adprobatum (MALB. *leodardi*) sunt dinar. CXX. fac. sol. III. culp. iud.
Si quis pedica de caballus furaverit, cui fuerit adprobatum (MALB. *leodardi*) sunt din. CXX. fac. sol. III. culp. iud.
Si vero caballi ipsi perierint, ipsus in caput reddat.
Si quis messe aliena in furtum meterit et inventus fuerit (MALB. *leodardi*) sunt din. DC. faciunt sol. XV. culp. iud.

Si quis in orto alieno ingressus fuerit in furtum, et ei fuerit adprobatum (MALB.

## XXXVI. De Libertis dimissis ingenuis.

Si quis litum alienum qui aput domino suo in hoste fuerit extra consilio domini sui ante Rege per denarium ingenuum dimiserit (MALB. *malcho litofrioblito*) sunt den. IIII. qui fac. sol. C. culp. iud. Res vero ipsius liti legitimo domino reformetur.
Si quis servum alienum per denarium ante Rege ingenuum dimisserit (MALB. *malcho siacho meocho*) sunt den. ICCCC. qui sol. XXXV. culp. iud. et capit. in loco restituat.

## XXXVII. De furtis diversis.

Si quis tintinnum de int. porcus fur. (MALB. *thuochacdo*) sunt den. DC. qui fac. sol. XV. culp. iud.

Si quis petica de caballo fur. (MALB. *leudardo*) sunt den. CXX. qui fac. sol. III. culp. iud.

## XXXVIII.

Si quis messem alienam in furtum metere praesumpserit (MALB. *leudardo*) sunt den. DC. qui sol. XV. culp. iud.

Digitized by Google

*leodardi*) sunt din. DC. faciunt sol. XV. culp. iud.

Si quis in nabina, in favaria in pesaria, in linticlaria in furtum ingressus fuerit, cui fuerit adprobatum (MALB. *leodardi*) sunt. din. CXX. faciunt sol. III. culp. iud.

Si quis de campo alieno messe furaverit et hoc aut in caballo aut in carro duxerit ad domum suam, et ei fuerit adprobatum (MALB. *leodardi*) sunt dinarius DC. faciunt sol. XV. culp. iud. exc. cap. et dil.

Si quis vero in dorsum portaverit (MALB. *leodardi*) sunt din. CXX. faciunt sol. III. culp. iud.

Si quis prato alieno secaverit, opera sua perdat, et si exinde ad domo sua duxerit fenum et discargaverit, et ei fuerit adprobatum (MALB. *leodardi*) sunt din. IDCCC. faciunt sol. XLV. except. capit. et dilat.

Si vero tanto praesumpserit, quantum in dorsum suum portaverit, et ei fuerit adprobatum (MALB. *leodardi*) sunt din. CXX. faciunt sol. III. culpabilis iud.

Si quis viniam aliena in furtum vindimiaverit, et inventus fuerit (MALB. *leodarde*) sunt dinarius DC. faciunt sol. XV. culp. iud.

Si vero vinum ad domum

Si quis in navina in fabaria in lentiliaria in furtum ingressus fuerit (MALB. *leudardo*) sunt den. CXX. qui fac. sol. III. culp. iud.

Si quis de campo alieno lino furaverit et in carro duxerit (MALB *leudardo*) sunt den. IDCCC. qui faciunt sol. XLV. culp. iud.

Si vero tantum praesumpserit quantum in dorsum suum portare potuit s. den. DC. qui faciunt sol. XV. culp. iud.

## XL.

Si quis pratum alienum secaverit opera sua perdat et insuper den. DC. qui faciunt sol. XV. culp. iud. et si exinde foenum in carro duxerit ad domum suam sunt den. IDCCC. qui faciunt sol. XLV. culp. iud. except. capit. et dil.

Si vero tantum praesumpserit quantum in dorsum suum portare potuerit s. den. CXX. qui faciunt sol. III. culp. iud.

## XLI.

Si quis in orto alieno in furtum ingressus fuerit (MALB. *leudardi*) sunt den. DC. qui faciunt sol. XV. culp. iud.

## XLII.

Si quis in vinea aliena in furto vindemiaverit (MALB. *leudardo*) sunt den. DC. qui faciunt sol. XV. culp. iud.

Si vero in cassa cargaverit

Digitized by Google

suam duxerit, aut cavallo aut in castro discargaverit, et ei fuerit adprobatum (MALB. *leodardi*) sunt din. IDCCC. faciunt sol. XLV. culp. iud. De missibus vero simul observandum est.

Si quis in silva materium alienum capolaverit aut incideret, cui fuerit adprobatum (MALB. *leodardi*) sunt din. DC. faciunt sol. XV. culp. iud.

Si vero materio ex una parte dolato in furtum praesumpserit CXX. din. fac. sol. III. culp. iud.

Si quis arbore post anno signatum praesumpserit, nullam abiat culpam.

et ad domum suam duxerit sunt den. IDCCC. qui faciunt sol. XLV. culp. iud.

## XLIII. De Retibus.

Si quis retem ad anquilas de flumine furaverit, cui fuerit adprobatum (MALB. *obtubbo*) sunt din. IDCCC. faciunt sol. XLV. culp. iud. except. cap. et dilatura.

Si quis statualem, tremacle, aut vertevelem furaverit et ei fuerit adprobatum (MALB. *nascodinar.*) sunt dinarie DC. faciunt solidus XV. culp. iud.

Si quis retem ad anguilis de flumine furaverit (MALB. *obdud.*) sunt den IDCCC. qui faciunt sol. XLV. culp. iud.

Si quis statuam aut tramaclem aut vervuldo de flumine furaverit (MALB. *naschus taxaca*,) sunt den. DC. qui faciunt sol. XV. culp. iud.

## XLIV. De Screonis effractis.

Screonas qui sine clave effregerit, cui fuerit adprobatum (MALB. *pronas an thiso*) sunt din. IDCCC. faciunt sol. XLV. culp. iudicitur, except. cap. et dil.

Si quis e screona qui clavem habet effrigerit, (MALB. *strona anthedio*) sunt den. IDCCC. qui faciunt sol. XLV. culp. iud.

Si vero de screona clavem effrigerit et nihil exinde tullerit (MALB. *leud.*) sunt denar. DC. qui faciunt sol. XV. culp. iud.

Digitized by Google

Si quis campum alienum araverit, et non semenaverit (MALB. *leodardi*) sunt dinar. DC. fac. soledus XV. culp. iudicetur.

Si quis campo alieno araverit et semenaverit *hoc her paan de escrippas* dinarius IDCCC. faciunt soledus XLV. culp. iudicitur.

Si quis cum servum alienum aliquid negociaverit nesciens domino suo (MALB. *theo lasina*) sunt dinarius DC. faciunt soledus XV. culp. iud.

## XXVII. De Logationibus.

In furtum aliquid elogare voluerit, cui fuerit adprobatum (MALB. *morter*) sunt dinarius IID. faciunt soledus LXII. culp. indicetur.

Si quis furtum elogatum acceptum praeccio homino hocciderit et ei fuerit adprobatum (MALB. *morter*) sunt dinar. ID. faciunt sol. LXII. culpab. iudicetur.

Si vero pro tertio homine elogacio ipsa fuerit transmissa si adprobatus fuerit (MALB. *morter*) sunt din. IID. fac. sol. LXII. culp. iud. hat. sic dans, accipiens et portans sexagenus binus simis solid. culp. iudicetur.

## XXVIII. De Dibiliclacionibus.

Si quis alterum manum pedem vel oculum eiecerit, aut excusseret, nasim ampotave-

## XLV. De eo qui alterius campo araverit.

Si quis campo alieno araverit et seminaverit (MALB. *ob rebus anduppus*) sunt den. ICC. qui faciunt sol. XXX. culp. iud.

Si quis campo alieno araverit (MALB. *leudardo*) DC. den. qui fac. sol. XV. culp. iud.

Si quis aratrum cum aratore de campo alieno ostaverit aut iactaverit (MALB. *chivarso*) DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud.

## XLVI. De elocationibus.

Si quis aliquid in furtum hominem locaverit ut alium interficiat (MALB. *tua*) sunt den. IID. qui faciunt sol. LXII. s. culp. iud.

Si quis ut dans accipiens et portans sunt den. IID. qui faciunt sol. LXII. s. culp. iud.

## XLVII. De dibilitatibus.

Si quis alterum manum capulaverit unde homo mancussit et ipsa manus super eum

rit, cui fuerit adprobatum (MALB. *sicti*) sunt din. IV. faciunt sol. C. culp. iud.

Si quis policare de manum vel pedem excusserit, cui fuerit adprobatum (MALB. *alathamo*) sunt din. II. faciunt solid. L. culp. iud.

Si vero ibidem mancatus fuerit (MALB. *alathamo*) sunt din. ICCCC. faciunt solidos XXXV. culp. iud.

Si secundo vero digitum, id est unde sagittatur, excusserit (MALB. *alathamo*) sunt din. ICCCC. faciunt solidos XXXV. culp. iud.

Si quis vero sequens hominem castraverit (MALB. *gafferit*) sunt din. VIII. fac. solid. CC. culp. iud.

pendat (MALB. *seca*) IDCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culp. iud.

Si vero ipsa excusserit (MALB. *chramere*) IIII. den. sunt qui faciunt sol. C. culp. iud.

Si police de manu capulaverit (MALB. *chramine*) IDCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culp. iud.

Si secundum digitum unde sagitta trahitur excusserit (MALB. *linoro*) sunt den. ICCCC. qui faciunt sol. XXXV. culp. iud.

Si medianum digitum unde sagittatur excusserit (MALB. *taphano*) ICCCC. den. qui faciunt sol. XXXV. culp. iud.

Si quarto digito excusserit (MALB. *melagno*) sol. XXV. culp. iud.

Si minimus digitus excussus fuerit (MALB. *meledeno*) sol. XV. culp. iud.

Si vero pedes capulatas fuerit et ibidem mancus teneat (MALB. *chudachina chamina*) sunt den. IDCCC. qui faciunt sol. XLV. culp. iud.

Si vero pes excussus fuerit (MALB. *chuladachina*) IIII. den. qui faciunt sol. C. culp. iud.

Si quis alterum oculum eiecerit (MALB. *liahahauma*) sunt den. IIII. qui fac. sol. C. culp. iudicetur.

Si quis alterius nasum aut auriculam excusserit (MALB. *funedeura*) DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud.

Si quis alterius linguam capulaverit unde loquere non possit (MALB. *alcheio*) IIII. DC. den. qui faciunt sol. C. culp. iudic.

Si quis alterius dentem excusserit (MALB. *inchavina*) DC.

den. qui fac. sol. XV. culp. iudic.

Si quis ingenuus ingenuum castraverit aut virilia transcapulaverit unde mancus sit VIII. den. qui faciunt sol. CC. culp. iud.

## XXIX. De Conviciis.

Si quis alterum cynitum clamaverit DC. dinarius, qui sunt sol. XV. culp. iud.

Si quis alterum concagato clamaverit CXX. din. faciunt sol. III. culp. iud.

Si quis mulier ingenuam seo vir seo mulier altera meletrice clamaverit et ei non potuerit approbare IDCCC. din. faciunt sol. XLV. culp. iud.

Si quis alterum vulpe clamaverit CXX. din. fac. sol. III. culp. iud.

Si quis alterum lepore clamaverit DC. din. fac. solid. XV. culp. iud.

Si quis alterum repotaviret, quod suum scutum iactassit, et non potuerit adprobare CXX. din. faciunt sol. III. culp. iud.

Si quis alterum dilatorem aut falsatorem clamaverit et non potuerit adprobare DC. din. fac. sol. XV. culp. iud.

## XLVIII. De Convitiis.

Si quis alterum cinidum vocaverit (MALB. *quinte*) DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iudic.

Si quis alterum falsatorem clamaverit et non potuerit adprobare (MALB. *ischrabo*) DC. den. qui faciunt sol. XLV. culp. iud.

Si quis alterum concagatum clamaverit et non potuerit adprobare CXX. den. qui faciunt sol. III. culp. iud.

Si quis mulieri ingenua secavere mulierem meretrice clamaverit et non potuerit adprobare IDCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culp. iud.

Si quis alterum vulpicula clamaverit DXX. den. qui faciunt sol. III. culp. iud.

Si quis alterum lepore clamaverit CXX. den. qui faciunt sol. III. culp. iud.

## XXX. De via lacina.

Si quis barone ingenuum de via sua suo ortaveret aut inpinxeret (MALB. *via lacina*) sunt dinarius DC. faciunt sol. XV. culp. iud.

Si quis mulierem viam suam ortaverit aut impinxerit (MALB.

## XLIX. De via Lacina.

Si quis hominem ingenuum de via sua ostaverit aut inpinxerit (MALB. *vialacina*) DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iudic.

Si quis feminam ingenuam de via sua ostaverit aut inpin-

Digitized by Google

*mallacina*) sunt din. ICCC. faciunt solidos XLV. culpabilis iudicetur.

## XXXI. De ligaminibus.

Si quis hominem ingenuum sine causa ligaverit (MALB. *ande rebus*) sunt din. ICC. faciunt sol. XXX. culp. iud.

Si vero aliquam partem ligatum duxerit (MALB. *anderebus*) sunt din. IDCCC. qui faciunt sol. XLV. culp. iud.

## XXXII. De venacionibus.

Si quis vero de diversis venacionibus — — — Quam legem de venationibus, et pescacionibus convenit observare.

Si quis cervum domisticum signum abentem furaverit, aut occiderit, qui in venacionem mansuetus est, et hoc testibus adprobatum fuerit, quod eum dominus suos in venacionem abuit et cum ipsum vel duas aut tres feras occiderit (MALB. *trovisido*) sunt dinar. IDCCC. faciunt solid. XLV. culp. iud.

Alium vero domesticum cervum, qui in venacionem adhuc non fuit involaverit et ci fuerit adprobatum (MALB. *trovisido* sunt din. ICC. fac. solid. XXX. culp. iud.

## XXXIII. De sepebus vero.

Tres virgas unde sepes sublegatur, furaverit aut capula-

xerit IDCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culp. iud.

## L. De ligaminibus Ingenuorum.

Si quis hominem ingenuum sine causa ligaverit (MALB. *andreppus*) CCXL. den. qui faciunt sol. XXX. culp. iud.

Si vero ipso ligato aliqua parte duxerit (MALB. *andreppus*) IDCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culp. iud.

## LI. De Venationibus.

Si quis diversis venationibus fur. aut celaverit si cervo domestico signum habentem furaverit aut occisserit que ad venationem mansuetus est et dominus suus per testibus potuerit adprobare quod eum in venationem habuisset et cum eum duas aut tres feras occidisset sunt DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud.

Si vero cervo domestico qui in venatione adhuc non fuisset furaverit aut occisserit DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iudic.

Si quis cervum aut aprum lassum quem alterius canis movunt occisserit, aut celaverit DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud.

## LII. De Sepibus.

Si quis tres virgas unde saepis super ligata est vel retor-

verit aut tres cambortus involaverit aut excernicaverit vel retorta unde palum aut sepes contenetur capolaverit cui fuerit adprobatum (MALB, *leodardi*) sunt din. DC. fac. solid. XV. culp. iud.

Si quis per aliena messe post levaverit erpice traxerit, aut cum carro sine via transierit (MALB. *leodardi*) sunt din. CXX. fac. sol. III. culp. iudicetur.

. Si quis messe aliena iam expalmitante sine via transierit (MALB. *leodardi*) sunt dinar. DC. fac. sol. XV. culp. iudicetur.

Quis in curte aliena malo ingenio, aut quodlibet aliquid de furtum in casa miserit, hoc est, nesciente eum, cuius domus vel curtis est et ibidem inventus fuerit (MALB. *fricte-bero*) sunt din. IID. faciunt sol. LXII. culp. iud.

## XXXIV. De humicidiis servorum vel expoliacionibus.

Si quis servum occiderit aut expoliaverit se similem et ei fuerit adprobatum (*theolede Tholo thodina* id est homicida) illum domini inter se dividant.

Si quis ingenuus servum alienum expoliaverit et super XL. din. tollisse convencitur (MALB. *rencus murdo*) sunt din. DC. faciunt sol. XV. culpabilis iud.

Si quis homo ingenuus le-

tas capulaverit aut ipsa saepe apparuerit DC. den. qui fac sol. XV. culp. iud.

## LIII.

Si quis per alienam messem erpicem traxerit et sine via transierit DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud.

## LIV.

Si quis per messem alienam iam expalmitantem sine via aut sine semita vias fecerit DC. den. qui faciunt sol. XX. culp. iud.

## LV.

Si quis in curte aut in casa vel in qualibet in furtum aut per malo ingenio aliquid miserit nesciente domino cuius domus est (MALB. *ferimbera*) sunt den. IID. qui faciunt sol. LXII. s. culp. iud.

## LVI. De homicidiis servorum vel expoliationibus.

Si quis servum aut ancillam occisserit (MALB. *theodalina*) id est homicida ille sol. XX. culp. iud.

Si quis ingenuus servum alienum expoliaverit DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud.

## LVII.

Si quis servum alienum battit et super XL. noctibus ope-

tum alienum expoliaverit et ei fuerit adprobatum (MALB. *leciim murco*) sunt din. ICCCC faciunt sol. XXXV. culpabilis iudicetur.

Si quis letus aut servus hominem ingenuum occideret ipsa homicida pro medietatem compositionis hominis hoccisi parentibus tradatur, dominus vero servi alia medietatem se noveret esse solveturus.

Si quis vasum ad ministerium quod est *Strogau*, puella ad ministerium aut fabro ferrario, vel aurefice aut porcario furaverit aut occideret, cui fuerit adprobatum (MALB. *taxaga aut ambitania*) s. din. ICCCC faciunt sol. XXXV. culp. iud. intro fretum et faidum, sunt sol. XLV. sunt sol. LXXV.

## XXXV. De quadrupedibus si hominem occiserit.

Si quis homo ex quolibet quatropedem domesticum occisus fuerit; et testibus fuerit adprobatum, medietatem compositionis dominus ipsius quatropedem auctorem criminis pro medietatem compositionis restituat requerentibus.

## XXXVI. De vestigium minando.

Si quis bovem aut cavallum vel quaelibet animalia ad furtum perdiderit, et eumdum per vestigium sequentur, fuerit ratricaverit CXX. den. qui faciunt sol. III. culp. iud.

## LVIII.

Si quis servus hominem ingenuum occisserit ipso homicida pro medietate parentibus tradatur et alia medietate dominus servi.

Si noluerit servitutem aut si intellexerit de lege si ob mallare potest ut ipsa leode non solvat.

## LIX.

Si quis homo ingenuus litem alienum expoliaverit (MALB. *letusmodi*) sunt den. ICCCC. qui fac. sol. XXXV. culp. iud.

## LX. De quadrupedibus; si hominem occiserint.

Si quis homo ex quolibet pecus occisus fuerit et hoc parentes illius potuerint adprobare cum testibus, dum ille dominus pecoris antea legem non adimpleverit, medietate de ipsa leodo conponat et pro illa alia medietate ipso quadrupe donet. Si enim dominus intellexerit per legem se defendere potest, ut nihil pro ipso pecore solvat.

## LXI. De vestigio minando.

Si quis bovem aut caballum vel quemlibet pecus in furtum perdiderit et eum de vestigio sequitur consecutus fue-

Digitized by Google

consecutus usque in III. noctes; ille qui eum ducit aut emisse aut cambiasse dixerit vel clamaverit, ille qui per vestigium sequitur per tercia manum debit adcramire; si vero iam tribus noctibus exactis, qui res suas quaeret, si eas invenerit, ille aut emisse aut cambiasse dixerit, ipse liceat adcramire. Si ille vero qui per vestigium sequitur se agnuscire dicit, illum alium reclamante, nec offerre per tertia manum voluerit nec sole secundum legem collegaverit et ei violenter quod se agnuscere dicit, tollisse convincitur, ICC. den. qui faciunt sol. XXX. culp. iud.

## XXXVII. De furtis cavallorum vel equarum.

Si quis cavallum, qui carruca trahit, furaverit, cui fuerit adprobatum (MALB *hanziao*) sunt din. IDCCC. fac. solid. XLV. culp. iud.

Si quis armessario furaverit cui fuerit adprobatum (MALB. *vaderedo*) sunt din. IDCCC. fac. sol. XLV. culp. iud.

Si quis armessarium, cum gregem suum hoc est equas, cui fuerit adprobatum (MALB. *sannista*) sunt din. IID. fac. sol. LXII. culp. iud.

Si vero grex ille minor fuerit usque ad VII. capita cum armessario fuerint, cui fuerit adprobatum, exceptum capitale et dilatura IID. din. qui fac. sol. XII. culp. iud.

Si quis equa pregnante furaverit et ei fuerit adprobatum, (MALB. *anciaca*) sunt dinar.

rit usque ad tres noctes si ille qui eum ducit aut emisit aut cambiasset dixerit vel proclamaverit ille qui per vestigio sequitur res suas per tertia manu adchramire debet. Si vero tres noctes exactas qui res suas queret eas invenerit ille apud quem invenerit emisit aut cambiasset dixerit ei liceat adchramire. Quid si ille qui per vestigio sequitur res suas quas agnoscere dicitur ille alio reclamante nec offerre per tertia manu voluerit per solem calcaverit se violenter hoc quod se agnoscere dicit tollisse convincit (MALB. *mithio frasito*) ICC. den. qui fac. sol. XXX. culp. iud.

## LXII. De Furtis caballorum.

Si quis caballum qui car ruga trahit furaverit. (MALB. *canazasco*) IDCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culp. iud.

Si quis admissario ad homine franco furaverit (MALB. *vuacheto*) IDCCC. den. qui faciunt sol. XLV culp. iud.

Si quis admissarium cum grege usque ad XII. equis furaverit (MALB. *vuadseto*) IID. den. qui faciunt sol. LXII. s. culp. iud. except. cap. et dil.

Si quis poledrum annicalum furaverit DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud.

Si quis iumentum alienum trabaterit aut evaserit (MALB. *sicabahim*) DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud. et exinde mortua fuerit (MALB. *sitabahim*) DC. den. qui fa



Digitized by Google

IϽCCC. fac. sol. XLV. culp. iud. exc. cap. et dil.

Si quis poletro annocolo furaverit et ei fuerit adprobatum (MALB. *sunnista*) sunt din. DC. fac. sol. XV. culp. iud. exc. cap. et dilat.

Si vero sequentis poletrus furaverit et ei fuerit adprobatum (MALB. *nare*) sunt dinar. CXX. fac. sol. III. culp. iud.

## XXXVIII. De plagiatoribus.

Si quis mancipia aliena sublicitare voluerit et adprobatus fuerit (MALB. *obsculte*) sunt din. DC. fac. sol. XV. culp. iudicetur.

Si servus alienus plagiatus, etipse trans mare ductus fuerit et ibidem ad domino suo inventus fuerit, et ad quo ipse in patria plagiatus est in mallo publici nominaverit, et ibidem testes debit collegire.

Iterum cum servus, si de transmare fuerit revocatus, in alterum mallum debit nominari, ibidim simul III. testis

ciunt sol. XV. except. cap. et dil. culp. iud.

## LXIII. De caballo extra permissum domini sui ascenso vel excurtato aut excoriato.

Si quis caballum alienum extra consilium domini sui ascenderit aut caballicaverit (MALB. *leudardo in aliam. cebriosito*) IICC. den. qui faciunt sol. XXX. culp. iud.

Si quis caballum alienum excurtaverit (MALB. *leodardi*) CXX. den. qui fac. sol. III. culp. iud.

Si quis caballum mortuum sine permissu domini sui excorticaverit (MALB. *leudardi*) CXX. den. qui faciunt sol. III. culp. iud.

## LXIV. De Plagiatoribus.

Si quis mancipium alienum sollicitaverit (MALB. *theolasina* DC. den. qui faciunt sol. XV. culp. iud.

## LXV.

Si quis servus alienus furatus fuerit et ipse transmare fuerit ductus et ibidem à domino suo perventus fuerit et ipse qui in patria aliena placacuset in mallo publico nominaverit et tres testes ibidem colligere debet.

Iterum cum servus de transmare fuerit revocatus in alio mallo iterum nominare debet

debit collegi edoneus; ad tertium vero mallum similis fieri debit, ut nove testes iurent, quod servum ipsum aequaliter super plagiatorem audierit dicentem, et sic postea, qui eum plagiaverit (MALB. *unistario*) praeter cap. et dil. din. ICCCC. faciunt solid. XXXV. culp. iudicetur.

Qui confessio servi usque III. plagiatoris amittitur, sed eam tamen racionem, ut nomina hominum et vilarum semper debiat nominare.

Si quis vero hominem plagiaverit et vendeveret, et probatio certa non fuerit, sicut pro hocciso iuratores dare (MALB. *falconum*) sunt dinar. VIII. fac. sol. CC. culp. iud.

Si Romanus ingenuum plagiaverit IID. din. faciunt sol. LXII. culp. iud.

## XXXIX. Si servus in furtum fuerit inculpatus.

Si talis fuerit causa, unde ingenuus DC. din. qui faciunt sol. XV. componere debuerit, servus super scamnum tinsus CXX. hictus accipiat.

Si vero antequam torquatur fuerit confessus, nihil suum domino credat: ipse vero in posterum illum abiturus, qui eum torsit; dominus vero servi, unde iam pignus accipit precio pro suo servo accipiat: si vero intra priora supplicia, id est, a colapus, fuerit confessus aut castretur, aut CXX. din. qui faciunt sol. III. reddat. Do-

et ibidem tres testes debet colligere idoneos.

Ad tertio vero mallo similiter faciat ut novem testes iusent quod servum ipso te qualiter per totus tres mallus super plagiatorem dicere audissent.

Sic postea qui eum plagavit hoc est vuargavit (MALB. *malouceridario* ICCCC. den. qui faciunt sol. XXXV. culp. iud. except. cap. et dil.

Qui confessio servi usque ad tres plagiatores ascendit. Sed eam tamen rationem ut nomina hominum vel villarum equaliter per totos tres mallos debeat nominare.

## LXVI.

Si quis hominem ingenuum plagiaverit vel vendiderit (MALB. *friofalcino*) VIII. den. qui faciunt sol. CC. culp. iud.

## LXVII.

Si quis servus in furtum fuerit inculpatus si talis fuerit causa unde ingenuus sol. XV. componere debet. Servus super scamno tensus CXX. ictos accipiat.

Si vero antequam torquatur fuerit confessus et ei cum domino suo convenerit sol. III. pro dorsum ipsius servi accipiat cap. dominus servi reddat.

Si tamen maior culpa fuerit unde ingen. sol. XXXV. solvere debet. Similiter servus CXX. ictos accipiat, et si confessus non fuerit illi qui eum

Digitized by Google

minus vero servi caput in loco restituat, requerendi, si maius crimine servus inculpatus, id est, unde ingenuus IDCCC. din. hoc est, sol XLV. componere possit et intra supplicia confessus fuerit capitali sentencia feriatur. Si vero servus in colibet crimine culpatur, dominus servi ipsius, si presens est, ab eo qui requeret admanere debit, ut servum suum dibiat suppliciis dare, ubi quis repetit et virgas paratas habere debit, quae ad magnitudinis minoris digiti, et senum et scamnum praestet, ubi servum tendere dibiat. Si dominus servum distulerit et servus praesens fuerit, continuo ille qui repetit domino sole colocare debit, et sic in VII. noctes placitum facire dibit, ut servum suum suppliciis ut tradat, et sic ad alteras VII. noctes placitum faciat, id est in quatuordicem noctes servum noluerit suppliciis dare omnem causam vel composicionem excipiat, hoc est, ut se talis causa erat, unde ingenuus DC. din. qui faciunt sol. XV. componere, ipsius dominus reddat: si vero maior culpa fuerit unde ingenuus ICCCC. din. qui faciunt sol. XXXV. poterat reddere, similiter dominus reddat: si vero adhuc maior culpa fuerit, quod similiter ingenuus IDCCC. qui faciunt sol. XLV. componere possit et dominus servum non praesentaverit, ad ipsum numerum teneatur, ut ipsum reddat et capitale: Quod si adhuc maior culpa fuerit, quod servum requeratur, dominus servi, non torsit si adhuc ipsum servum torquere voluerit et nolente domino pignus, domino servi dari debet. Et si postea ipsi servus ad maioribus suppliciis tradatur, et si confessus fuerit nihil super domino credatur. Ipse vero illum servum erit habiturus qui eum torsit dominus servi unde iam pignus accepit pretium pro suo servo accipit.

Si vero infra prioribus suppliciis id est CXX. ictos fuerit confessus aut castretur aut sol. VI. reddat dominus vero servi capitl. restituat requirentis.

Si iam vero in maiore crimine fuerit inculpatus unde ingen. sol. XLV. conpon. deb. Dominus servi si eum non presentaverit ad ipsum numero eum teneatur. Ut ipsum numerum reddat et cap. in locum restituat.

Si adhuc maior causa fuèrit que servo sequeretur dominus servi non ut servus sed ut ingenuus totam legem super se solviturum suscipiat.

Si servus absens fuerit cui aliquid inputatur dominus servi a repetenti tribus testibus presentibus secretius admonere debet. Ut servum suum infra septem noctes debeat presentare et si infra septem noctibus eum noluerit presentare tunc repetens solem culcaverit ille cum testibus culcare debet et sic ad alias septem noctes placitum faciat.

Si nec ad alias septem noctes ipsum servum presentaverit tertia vice adhuc spacium septem noctes alias dare deb.

Digitized by Google

ut servus solvat, sed ut ingenuus totam legem super se solviturum excipiat, quod si servus absens fuerit, cui aliquid impotatur, dominus ad repetanti, cum tribus testibus secretius admonere debit, ut servum suum infra VII. noctes debiat presentare, quod si fiecerit, tunc repetens solem illi cum testibus colecit: et sic ad alias VII. noctis servum ipsum non presentaverit, tercia vicem adhuc VII. noctis illi placitum dare debit, id est, ut totus numerus usque ad XXI. nocte perveniat; quod si non potest tercium placitum, ipsum servum noluerit ligatum suppliciis dare, tunc dominus servi omnem causam super se excipiat. Si vero ancillam in tale crimine invenitur, unde servus castrare debueret aut CCXL. din. qui fac. sol. VI. si convenirit pro ipsa dominus reddat, aut CCC. hictus accipiat flagellorum.

Si servus cum ingenuum furtum fecerit servus in duplum, si, quod consorciavit, retat, exc. cap. et dil ingenuus vero quadruplum excipiat damnum.

id est ut totas numerus ad XXI. noctes veniat. Quod si post placitum ipsum servum noluerit ligatum suppliciis dare et ei per singulos placitos solem culcaverit, tunc dominus servi omnem repetitionem, sicut superius diximus, non sicut servus sed quasi ingen. admissiset talem conpositionem repetenti restituat.

Si vero ancilla in tale crimine inveniatur unde servus castretur CCXL. den. qui faciunt sol. VI. pro ipsa dominus reddat aut CLXLII. ictos accipiat flagellorum.

## XL. De humicidiis ingenuorum.

Si quis ingenuus Franco aut barbarum, qui legem Salicam vivit, occideret, cui fuerit adprobatum (MALB. *leodi*) sunt din. VIII. faciunt solid. CC. culp. iud.

Si vero eum in puteum aut in aqua miserit et eum aut de camisa aut de collis aut de quibus rebus celaturus steterit,

## LXVIII. De homicidio ingenuorum.

Si q. ingenuu francum aut barbarum qui Salica lege vivit occisserit (MALB. *leod.*) VIII. den. qui fac. sol. CC. culp. iud.

Si vero eum in puteum aut sub aqua miserit XXIV. den. qui faciunt sol. DC. culpabilis iud.

Digitized by Google

cui fuerit adprobatum (MALB. *matte leodi*) sunt din. XXIV. faciunt sol. DC. culp. iud.

Si vero eum traste dominicam est aut mulierem occiderit, cui fuerit adprobatum (MALB. *leodi*) sunt din. XXIV. faciunt sol. DC. culp. iud.

Si vero eos in aqua aut in puteum miserit, aut de ramis aut de clalis super coperuerit aut de quibuscunque rebus celatores steterit (MALB. *matte leodi*) sunt din. XXIV. faciunt sol. DC. culp. iud.

Si vero Romanus homo possessor occisus fuerit, qui eum occississe probatur (MALB. *uvala leodi*) sunt din. IV. fac. sol. C. culp. iud.

Si Romanus triutarius occisus fuerit, cui fuerit adprobatum (MALB. *uvala leodi*) sunt din. III. fac. sol. LXX. culp. iudicetur.

Si quis hominem invinerit, in quadruvio sine manum, sine pedes, quem inimici sui ibidem miserunt, et eum pro occiderit, cui fuerit adprobabatum (MALB. *friofalto*) sunt din. IV. faciunt solid. centum *d)*. Erunt qui sol. pensare vel probare dibiant, et hoc facto, si eis convinerit,

Si vero eum de hallis aut de ramis super operuerit aut eum incenderit XXIV. den. qui faciunt sol. DC. culp. iud.

Si quis antruscionem dominicum occisserit (MALB. *malcho*) XXIV. den. qui faciunt sol. DC. culp. iud.

Si vero eum in aqua aut in puteum miserit aut de albis vel de ramis seu quislibet rebus celaverit (MALB. *molcherter*) LXXII. den. qui fac. sol. IDCCC. culp. iud.

Si Romanus homo conviva Regis occissus fuerit (MALB. *leod.*) XII. den. qui faciunt solid. CCC. qui eum interficit culp. iud.

Si vero Romanus homo possessor occissus fuerit qui eum occisserit IV. den. qui faciunt sol. C. culp. iud.

Si quis Romanus tributarium occisserit IIDCCCC. den. qui faciunt sol. LX. culpabilis iudicetur.

## LXIX. De Homicidiis in contubernio factis. *e*)

Si quis collecto contubernio hominem ingenuum in domo sua adsallierit et eum occisserit (MALB. *besitalio*) si antruscio dominicus fuerit, ille qui eum occiderit LXXV. den. qui faciunt sol. IDCCC. culp. iud.

Si vero antruscio dominicus non fuerit XXIV. den. qui

*d*) Hic aliqua omissa aut transposita sunt. Nam quae sequuntur ad Tit. XLVIII. *De Reibus* pertinent. *e*) Series Titulorum in utroque Codice nunc ita differt, ut unum iuxta alterum ponere amplius non licuerit. Sed consule tabellam quam in fine adiecimus.

Digitized by Google

accipiat; si vero studio non ficerat et sic ea acciperat (MALB. *reipus*) sunt dinarius D. faciunt sol. LXII. culp. iud. Cui reipe debentur, debet exsolvere. Si vero, quod superius diximus, omnia secundum legem impleverit III. sol. cui reipe debentur, sine possessoris filius fuerit, accipiat: si vero nepus non fuerit, neptis filius senior si fuerit, ille eos accipiat. Si nepus non fuerit neptis filius, si consubrino filius qui ex maternae genere fuerit, ipse eos accipiat; si nec consubrini filius fuerit, tunc frater matris reipus accipiat; si nec avunculus fuerit, tunc frater, qui ea mulierem ante abuit, si in hereditatem non venturus est, ipse reipus accipiat; si nec ipse frater fuerit, qui proximior fuerit extra superius nominatur, qui singulatim secundum parentillam dicti sunt usque ad VI. genucolo, si in hereditatem illius mariti defuncti accederit, ipse reipus accipiat. Nam si potest sexto genuculo si non fuerint in fisco reipe ipse vel causa, que inde orta fuerit, colligatur.

## XLI. De Migrantibus.

Si quis homo super alterum in villa migrare voluerit et unum vel aliquis de ipsis tunc eum suscipere voluerit, si vel unus exteterit, qui contradicat, migranti ibidem licienciam non abuit: si vero contradictum unius vel duorum in villa ipsa adsentire voluerit, tunc ille testare debent, et si noluerint faciunt sol. DC. interfectae culp. iud.

Si vero corpus occisi hominis tres vel amplius habuerit plapas tres quibus inculpatur qui in eo contubernio fuissent se conprobatur legem superius conprehensam cogantur exsolvere; alii vero tres de eo contubernio IIDC. den. qui faciunt sol. XC. conponat et tres adhuc in tercio loco de ipso contubernio IDCCC. den. qui faciunt sol. XLV. solvant.

De Romano vero vellito occissis qui in tale contubernio interfecti fuerint haec lex ex medietate solvantur.

## LXX. De homicidiis in convivio factis.

Si quis in convivio ubi duo vel tres aut amplius fuerint et unus ex ipsis fuerit interfectus (MALB. *seolanchis chadio*) hoc est illi qui remanunt aut uno dare debent aut toti mortem conponant.

Qui lex usque ad septem fuerint in convivio observantur.

Si vero in convivio illo plus quam septem fuerint non omnes teneantur obnoxios. Si duo fuerunt illi secundum legem conponat.

Si quis vero foris casa vel iter agens sive in agro a contubernio fuerit interfectus et tres vel amplius habuerit plagas (MALB. *draclidio*) hoc est ut tres de eo contubernio benio qui adprobati fuerint singul. mortem illius conpon

erit inde exire, ille qui ei testat cum testibus sic ei testare debit, dicat: homo in hoc tibi testor, ut in hac nocte proxima in hoc quod Lex Salica habit, sedeas et testo tibi in X. noctis de villa sta exeas. Et depostica adhuc depost X. noctis iterum debit ad eum venire et testare in alias XX. noctes, ut inde exeat; si adhuc exire voluerit, iterum tertium X. noctes adat, ut sic XXX. noctes impleantur; si nec tunc exire voluerit, tunc maniat eum ad mallum, et testes suos per singula placita qui fuerint ibidem, pristus abere debit; et sic ipse, cui testatum est, voluerit abire et sunnis non tenuerit, et sta, quae superius diximus, omnia secundum legem et testatum, tunc ipse qui testavit super fortuna sua ponat et rogit Grafionem loci illius, accedat ad locum, ut eum inde expellat, quia legem noluit audire, et quod ibi laboravit demittat, et insuper (MALB. *wedresitelo*) sunt din. ICC. fac. sol. XXX. culp. iud.

Si vero migraverit et ei infra XII. mensis nullius illius testatus fuerit, ubi admigravit, sicurus, sicut alii vicini manent ille maniat.

## XLII. De adfathamire hoc convenit observare.

Ut Tunginus aut centenarius mallum indicant, et scutum in ipsum mallum habere debent et III. hominis III. causas in mallum ipsum demandent et postia requirant

Tres adhuc si fuerint de ipso contubernio sol. XV. conpon.

## LXXI.

Si quis homo ingen. qui lege salica vivit dum in oste est occisserit VIII. den. qui fac. CC. culp. iud.

## LXXII. De conpositione homicidii.

Si quis cuiuscumque pater occissus fuerit medietate conpositiones filii collegant. Illa alia medietate qui propinquiores sunt tam de patre quam de matre dividant. Quid si de una parte seu paterna seu materna nullus parens fuerit illa portione fiscus adquirat.

## LXXIII. De homine ab inimicis truncato et interfecto.

Si quis hominem ingenuum sine manus, et sine pedes quem inimici sui in via truncatum relinquent occisserit (MALB. *vuasbucho*) IV. den. qui faciunt sol. C. culp. iud.

## LXXIV. De homine de Bargo vel de furca demisso.

Si quis homine de bargo vel de furca abattere praesumpserit sine voluntate iudicis (MALB. *Sambacheo*) IDCCC. den. qui faciunt sol. XLV. culp. iud.

Si quis caput de homine quem suus inimicus in palo misisset et aliquid eum exin-

hominum qui ei non pertiniat, et fistucam in lesu iectit, et ipsi in cuius leso fistucam iectavit, de furtunam suam quantum dare voluerit aut totam furtunam, cuius voluerit dare ipso in cuius leso fistuca iactavit, in casa sua manire debit et de facultate sua de quantum ei datur in potestate sua abire debit et postea ipse cui scutum creditum est sta omnia cum testibus colectis agere debet, et postia aut ante regem aut in mallum legitimum ille cui furtunam suam depotavit, reddere debit et accipiat fistucam in mallum ipsum ante XII. minsis ille quos eredes depotavit in leso iactit, nec minus nec maius, nisi quantum ei creditum est et sic contra hoc aliqui aliquid dicere voluerit, debent III. testis iurati dicere, quod ibi fuissent in mallum, quem Tunginus, aut centenarius mallum indixerunt, quomodo dixissent hominem illum, qui furtuna sua adire noluit, nominare debit, denominat illum, cui festucam in laiso iactat, et sic leso iactitur et illum quem heredem apellat, similem nominent et alteri III. testis iurati dicere debent, quod in causam illius, qui furtuna sua donaverit, in cuius leso fistucam iactata est, ibidem mansi et ospites III. aut amplius collegisset et pavissit et ospites illi III. aut amplius de susceptionem gratias egisset et in beudo pultis manducassent et testes collegisset; et sta omnia illi alii tres testis iurati dicere debent, et de hoc quando in mallo sine permissu iudicis aut ille qui eum ibidem misit tollere praesumpserit (MALB. *banchal*) DC. den. qui faciunt sol. XX. culp. iud.

## LXXV. De Basilica incenduta.

Si quis Basilica incenderit (MALB. *alatrudua*) VIII. den. qui faciunt sol. CC. culp. iud.

## LXXVI.

Si quis Basilica expoliaverit (MALB. *chrotarsino*) ICC. den. qui faciunt sol. XXX. culp. iud. excep. cap. et dil.

## LXXVII.

Si quis presbiterum interficerit (MALB. *theorzine*) XXIV. den. qui faciunt sol. CC. culpabilis iudicetur.

Si quis diaconum interficerit (MALB. *theorgiae*) XII. den. qui faciunt sol. CC. culp. iud.

## LXXVIII. De Reipusse.

Si quis homo moriens et viduam dimiserit qui eam voluit accipere antequam eam accipiat tum zinus aut centenarius mallum indicant et in ipso mallo scutum haberent et tres homines tres causas demandare debent et tunc ille qui viduam accipere debet tres sol. aeque pensantes et denarium et tres erunt qui sol. pensare vel probare debeant et hoc factum si eis convenerit accip. Si istud non fecerit et sic eam acceperit (MALB. *reipus III. colensinus*) IID. den.

lum aut ante regem vel in legitimo publici, qui accipit in leso furtunam ipsi ante regem aut in mallum legitimus publicum hoc est in malbergo anteuda aut tuginus furtunam suam quod eredis appellavit publici coram hominibus fistucam in leso iactassit, hoc est IX. testimonia vel testis sta omnia debunt adfirmare.

## XLIII. De Feltortus qui Lege Salica vivent.

Si quis servum aut ancilla, caballum vel quemlibet rem cum alterum agnoverit, mittat eum in tertia manum, et ille, quod quem agnuscitur debet agramire et si intra Legere aut Carbonaria ambo manent, qui agnuscit, et cum quem agnuscitur in noctis XL. placitum faciant, et ipsum placitum, quanti fuerint, qui caballum ipsum aut vindederint, aut cambiaverunt, aut fortasse in solitudinem dedirunt, omnia intra placitum stum commoneantur, hoc est unusquisque cum neguciatoribus alter alterum admoniat et si quis commonitus fuerit et *sunnis* non tenuerit et ad placitum venire distulerit, tunc ille, qui cum eum neguciaverit, mittat III. testis, quomodo ei nonciassit, ut in placitum venerit; alterius tres, quod publici ad eum et doniter neguciassit. Sto si fecerit, exuit se ad latrocinium ille qui non venerit, sub quem testes iuraverunt, ille erit latro illius, qui agnuscit, precium reddat illis, secundum legem componat illi, qui res suas agnuscit. Sta omnia qui faciunt sol. LXII. S. culpabilis iudicetur.

Si vero quid superius diximus omnia secundum legem impleverit tres sol. et den. ille cui reipe debentur accipiat.

Si nepus sororis filius fuerit senior ipse accipiat.

Si vero neptis filius non fuerit consobrine filius qui ex materno genere venit ipse accipiat.

Si enim consobrine filius non fuerit tunc avunculus frater matris reipus accipiat.

Si vero adhuc nec avunculus fuerit tunc frater illius qui eam mulierem habuit si in hereditatem venturus non est ipse ipsius reipus accipiat.

Si quis nec ipse frater fuerit qui proximior fuerit extra superius nominatus ipse reipus accipiat. Si nec ista fuerint in fisco reipi ipsi vel causa quem exinde orta fuerit collegatur.

## LXXIX. De Migrantibus.

Si quis super alterum in villam alienam migrare voluerit et si unus vel aliquid ei ipsos qui in villam ipsam consistant eum suscipere voluerint et si unus extiterit qui contradicant migranti ibidem licentiam non habeat permanere, si vero contradictum fuerit et unus vel duorum in villa ipsa et ipse adsedere presumpserit tunc testare illum debet et si noluerit exire qui eum testat cum testibus eum debet testare ut iterum indecim noctes exinde exeat et si adhuc post decem noctibus

Digitized by Google

in illum mallum debent fieri, ubi ille est ga mallum, super quem res illa primitus fuerit agnouta aut in tercia manu missa, quod intra Legero aut Carbonaria ambo manent, cum quibus agnuscitur, in noctis LXXX.' lex sta costodiatur.

## XLIV. De homicidio in contubernio facto.

Si quis collecto contubernio hominem ingenuum in domo sua adsalierit et ibi eum occiderit (MALB. *bistolio*) si andruscio dominicus fuerit, ille qui occisus est sol. DC. culp. iudicetur.

Si vero corpus hoccisi hominis III. vel amplius abuerit plagas, tris quibus inculpatur, qui in eo contubernio fuerint, si probatus aparuerit, lex superius comprehensa convenit observare, alii vero III. de hoc contubernio nonaginta sol. singuli eorum componant, et adhuc in tercio loco de ipso contubernio sol. XLV. solvant. De Romanus vero occisus vel litus, qui in tale contubernio interfecti fuerint haec lex ex medietate solvantur.

## XLV. De hominem in contubernio occiso.

Si quis in convivio, ubi quinque aut amplius fuerint, et unus ex ipsis fuerit interfectus (MALB. *seolandi stadio*) hoc est illi qui remanet aut uno convincto de se dare debent, aut toti mortem illius componant, quia lex usque ad VII. qui fuerint in convivio observatur sive in convivio illo plusquam VII. fuerint, steterit iternm ad ipsum cum testibus debet venire et ei similiter testare debet ut iterum inter alias decim noctes exinde debeat exire. Si noluerit iterum tertium placitum ad decim noctis addat et sic XX. noctes impleantur, et si nec tunc voluerit exire tunc manniat eum ad mallum et testibus suis qui in singulos placitos fuerint secum habeat pristos, et si ipse testatum eum non venerit aut noluit venire si eum aliqua sunnis non detenuerit et ipsa que superius diximus secundum legem testatum est. Tunc ipsi cui testavit super furtuna sua ponet manum et roget grafionem ut accedat in locum et ipse exinde expellet quia legem noluerit audire. Quid si ibidem aliquid laboraverit amittat et insuper (MALB. *vuidrosilito*) CCXL. den. qui faciunt sol. XXX. culp. iud.

Si vero quis admigravit et ei aliquid infra XII. menses nulli testatus fuerit uti ad migravit securus sit et sicut alii vicini maneat.

## LXXX. De Afetumiae.

Hoc convenit observare ut tum zinus aut centenarius mallum indicans et scutum in ipso mallo habere debent et postea tres homines tres causas demandare debeant. Postea requirant hominem qui ei non pertineat et fistucam in leisum suum iactet et ipse in cuius leisum fistucam iactaverit dictum verbum quantum de furtuna sua voluerit dare

Digitized by Google

non omnes teneantur obnoxii, sed quibus fuerent et adprobati, illi secundum legem componant. Si quis vero foris casa vel iter agens sive in agro à contubernio fuerent occisi et III. vel amplius abuerit plagas (MALB. *dructi flido*) ut tres de eo contubernio qui probati fuerint singuli mortem illius componant et III. adhunc si fuerint de ipso contubernio tregintini sol. solvant et III. adhuc, si fuerint de ipso contubernio quinguinus solvant.

## XLVI. De homine in oste occiso.

Si quis hominem, quia lege Salica vivit dum est in oste hoccideret (MALB. *leodardi*) sol. DC. culp. iud.

## XLVII. De Compositione humicidii.

Si cuius pater occisus fuerit, medietate compositionis sc. LII. ad se recollegant et illa alia medietate parentis, qui proximioris sunt, tam de patre quam de matre, inter se devidant, quod se de una parte, seu materna nullis parentis fuerit, illa porcio fiscus adquerat.

## XLVIII. De Reibus.

Si quis, adsolit, homo moriens viduam demiserit, qui eam noluerit accipere antequam accipitur sol. III. ante tungine vel centenario, hoc est, ut Tunginus vel Centenarius indicat, et mallum ipsum scutum abere debit et tres hominis III. causas demandare desecuta fortuna alii cui voluerit dare. Postea ipse in casa ipsius manere debet et tres hospites ibidem suscipere debet et de tota facultate sua quantum ei datur in potestate sua habere debet et postea ipse cui ista credita est ista omnia cum testibus collectis agere debet. Postea aut ante rege aut in mallo legitimo ille cui furtunam suam deputatum ei reddere debet, accipiat fistucam in mallo ipso ante XII. menses ipse quos heredes deputavit in leisum suum iactet et nec minus nec maius nisi quantum ei creditum est et si contra hoc aliquid dicere voluerit debent tres testes iurati dicere quid ibi fuissent ille quem centenarius vel tunzinus indixer. quomodo vidissent hominem illum qui furtuna sua dare voluit in leisum quem elegit fistuca iactare et dinumerare debent qui furtunam suam in leisum iactavit et sic ille cuius leisum iactatus et illum quem heredes appellant similiter nominant et alteri tres testes iurati dicere debent quid in casa ipsius qui furtunam suam donavit ille in cui leisum fistucam iactavit ibidem mansissent et tres hospites aut amplius colligissent et pavissent eum et ibidem gratias egissent cum et in boode suo pultes manducassent et testes colligisset et illi alii tres testes ista omnia perata dici debent et quid in mallum vel ante regem ille qui accipit in leisum furtunam ipse aut ante regem aut in mallum publicum legitimum

bent, tunc ipsi qui viduam ipsam accipere debit et III. sol. aequos pensantes qui proferat, et III. erunt, qui ipsos solidos pensare debent, aut probare et hoc factum si eis convenissit, ipsi, qui viduam queret, accipiat.

Si quis hominem in puteo iactaverit et vivus exiet sua causa, MALB. sol. LXII. culp. iudicetur.

Simili modo, qui alium in pelago inpinxerit, MALB. sol. LXII. culp. iud.

## XLIX. De falsum testimonium.

Si quis falsum testimonium preberit vel iuraverit (MALB. *calistanio*) sunt din. DC. fac. sol. XV. culp. iud.

Si cuiuscunque aliquid fuerit in culpa tum quod periurassit et probatus fuerit, iuratoris quinus sol. condemnentur; ipsi vero cuius adprobatum fuerit exceptum cap. et causa extra hoc sol. XV. culp. iudicetur.

## L. De testibus.

Si quis testes necesse abuerit, et fortasse testis ad placitum nolunt venire, ille qui eos placuit, necessarium abit satis facire, manire illos debit, ut ea, quae noverint, iurati dicant; si venire noluerint et eos sunnis non tenuerit DC. din. fac. sol. XV. culp. iud.

Quisquis illorum si vero praesentis fuerint iurati in testimonium vocati et noluerint

hoc est ancheoda et tunzimo furtunam suam quem heredem appellavit publice coram bonis hominibus fistucam in leisum ipsius iactasset et hoc novem testes ista omnia debent adfirmare.

## LXXXI. De falso Testimonio.

Si quis falsum testimonium prebuerit DC. den. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur.

Si aliquis alicui iure imputaverit quid periurasset et non potuerit adprobare qui inputatum DC. denar. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur.

## LXXXII. De Filtorto.

Si quis lege Salica vivit servum aut ancillam caballum vel bovem vel quemlibet rem super alterum agnoverit mittat eum in tertia manu et ille super quem agnoscitur in noctes XL. placitum faciant et in ipso placito quanti fuerint qui rem viderunt vel camiaverunt aut furasse homines commoveantur. Hoc est ut unus quisque de negotian-

esse debiat, autredemat, quantum valit.

## LIII. De ando meto.

Si quis alteri aliquid pristeterit et ei noluit reddere, sic eum debit ad mallum, secum testibus ad domum illius, cui res suas prestetit, accedat, et sic illi testitus: quia res meas noluisti reddere, quas tibi prestetiram in hoc eas tene nocte proxima, quod Lex Salica contenet, et sic ei solem colecit, si nec tunc rendere voluerit adhuc VII. noctes similiter venit et tunc eum rogit, ut debitum suum reddat, et si nec tunc voluerit conponere, solem ei colecit, quod pro III. vicis solem ei collicavit, semper per singulas vicis sol. III. hoc est per singulas admonicionis adcriscant; si noluerit, et tunc rogare, nec fidem facire redde de ei quae praestetit, super illus IX. sol. solem collecatum, qui per singulas admonicionis creverunt solid. XXIV. culp. iud.

## LIV. De manum ad enium redimenda.

Si quis ad inium admallatus fuerit, fursitam, ut manum suam redimat et iuratores donit, si talis causam est unde legitime sol. XV. componat, si adprobatus fuerit sol. III. ultime manum redemat, si plus ad manum redimenda dederit, fretus Grafionem solvatur, quantum de causam illa convinctus fuerit, rediturus erit. Si vero causam fuerit quae XXX. sol. si adprobatus stigante. Ego Satacium tuum illum in hoc mallo quod salica lex habet, et tunc ipse cui est fides facta debet testare ut nulli alteri nec solvat nec pignus solutionis donet ante quod ei impleat quod fidem fecit et sic festinantur ad domum illius qui ei fidem fecit cum testibus ambulare debet et roget ibi debitum suum solvere et si hoc noluerit solem ei culcit et si ei solem culcaverit CXX. denar. qui faciunt solid. III. super debitum reddat et sic usque ad tres vices per tres mannitis facere debet et super ista omnia facta si noluerit adhuc conponere usque ad solid. IX. debitus ascendat. Istud per singulos dies quod ei sol culcaverit terni soledi de die in diem crescant.

Si nec fides facta ad placitum legitimum solvere voluerit tunc ille cui fides facta est ambulet ad grafionem illius loci in cuius pago manet et prehendat fistucam dicat verbum. Tu grafio rogo tibi homo ille qui mihi fidem fecit que legitimum habeo adiectivum et admallatum in quo lex salica continet et ego super me et super fortuna mea pono quid securus mitto super furtunam suam manum, et dicat causam aut de quantum ei fidem fecit. Tunc grafio colligat secum septem racimburgis idoneos et sic cum eis ambulet ad casam illius qui fidem fecit et dicat ei: voluntatem tuam solve homini illo quod ei fidem fecisti et elige

Digitized by Google

fuissit, poterat culp. iudicare et sic convenerit, ut manum redemat, sol. VI. redemat de causa illa, si convictus fuissit, rediturus erit sta redimpeio de manus usque leudem sic permanit: si vero leudem alter alteri inpotaverit, et eum ad inium admallatum abuerit, et convenit, ut iuratores donit, et manum suam redemere potest, sol. XXX. manum suam redemere potest, quod plus aliquid dederit, fretus leudi ipsius solvatur.

## LV. De Grafionum occisum.

Si quis Grafionum occiderit (MALB. *leodo samitem*) sunt din. XXIV. fac. solidos DC. culp. iud. Si quis Saceborone, qui puer regiis fuit, occiderit, cui fuerit adprobatum (MALB. *leude sacce muther*) sunt din. XII. fac. sol. CCC. culp. iud.

Si quis Sacerborone, qui ingenuus est, et sacceborne occiderit XXIV. qui faciunt sol. CCC. culp. iud.

Sacebornis vero in singulis malloberges plusquam III. debent esse et de causa de quid de quod fortasse dixerint, hoc Grafionum removeat, unde illi securitatem fecerunt.

## LVI. De corporibus expoliatis.

Si quis corpos hoccisi hominis, antequam in terra mittatur, in furtum expoliaverit, cui fuerit adprobatum (MALB. *muther*) sunt din. II faciunt sol. XII. culp. iud.

tecum duos quos volueris idoneos cum racimburgis istos de quod solvere debes quod adpretrare debent et hoc quvd debes secundum iustum pretium satisfacias, quid si audire noluerit presens aut absens tunc racimburgis adpreciatum precium quantum valuerit debite quem debet et hoc de furtunam illius tollant et ipsa lege quantum debent duas partes illius cuius causa est ad se revocet tertiam partem grafio ad se recolligat tamen si fredus iam antea de hac causa non fuerit solutus. Si Grafio invitatus fuerit et ibidem non venerit si eum sunnis non detinuerit aut certe racio dominica et se distulerit et ibidem non ambulet neque alium transmiserit de vita sua grafio conponat aut se redimat quantum valet.

## LXXXVI. De eo qui grafionem ad res alienas iniuste invitaverit.

Si quis grafionem ad res alienas iniuste tollendas invitaverit antequam gasacium suum per legem habeat malatum, ille qui eum rogat ut iniuste tollat antequam legitime admalatus fuerit aut fides ei facta fuerit aut iniuste invitaverit VIII. denar. qui faciunt solid. CC. culpabilis iudicetur.

Ille qui grafionem rogat iniuste aliquid confiscare si vero grafio invitatus supra legem aut debitum iustum amplius

Si quis hominem ico sepultum expoliaverit et ei fuerit adprobatum, MALB. *muther* hoc est *virgo* sit usque in diem illa, quam illi cum parentibus ipsius defuncti, ut ipsi conveniant, et ipsi pro erogare dibiant, ut vincto hominem liciat accedirem: et qui ei antequam componat cum parentibus, ante pene aut tor, qui tale dederit sol. XV. culpab. tamen autorem ex celeris qui admisisset aut expodisset *turnecale* sol. CC. componat.

## LVII. De dispeccionibus.

Si quis in mallum terum per lege coniunxerit, ad fidem facire dispexerit, aut precium solvere tunc racineburgiis de eum ante audire secundum legem, qualis causa est, et illi, qui eum mallavit ad causa sua ei ñ cia redebit precium antedictum et tunc ei solvere noluerit tunc per legem debit atendere et postia Grafionem ad casa sua invitare, aut quid lex est de ipsa causa de res suas secundum legem debiat revertisse.

## LVIII.

Si quis ad malo ante venire praesumseret, aut quo racineburgie iudicatum fueret, implere contempseret sic nec de eneum, nec de compositionem nec de ulla rem fide ficiret vult, tunc ad regi praesencia eum manire debit et ibi XII. testis per singulas vicis III. iurati dicant, quod ibidim fuerunt et ibi raciniburgi iuraverint aut ad eum ambolabant, aut fidem de compositionem ficiret; et aliquod tollere praesumsit aut se redimat.

## LXXXVII. De Rem prestata.

Si quis alteri de rebus suis aliquid prestaverit, et ei noluit reddere sic eum debet mallare ut cum testibus ad casa sua cui res prestavit accedat et sic contestatur quia res meas noluisti reddere quas tibi prestavi. In hoc eas tene ut super nocte proxima sicut lex salica est et sic ei sol culcaverit et si tunc eas noluerit reddere ad alias septem noctibus adhuc cum testibus venire debet et roget eum ut debitum suum reddat et si nec tunc redderit, iterum ei sol culcit quod super tres vices solem ei culcaverit semper per singulas vices terni sollidi adcrescant, et si tunc noluerit reddere nec fidem facere super debitum, quem ei prestiterit, et super illos novem solid. qui per tres admonitiones adcreverunt (MALB. *nectanto*) DC. denar. qui faciunt solid. XV. culpabilis iudicetur.

## LXXXVIII. De manu de enio redimenda.

Si quis ad enio mallatus fuerit forsitan convenerit ille qui mallatus fuerit ut manum suam redimat et iurato res donet si talis causa est unde legitimus solid. XV. conponere debeat solid. III. manum suam

alii III. iurare debent, quod ibidem fuissent pro illo die, quando racineburgi iuraverunt aut ad enium aut per composicionem se educirent; hoc de illa die in LX. noctes in mallo iterum et sol coligaverit, et nullatenus legem implere, tunc eum debit manere ante regem in noctes XIV. et in testimonia iurati, sicut superius diximus, similiter illa die testimonia, qui ibi fuerunt, ubi collegato sole sista omnia impleverit, qui eum admallat et ille qui admallatum ad nullo placito venire voluerit, tunc exat, qui monitus est, eum extra sermonis ponat, tunc ipse culpabilis et omnes res suas erunt, quicunque aut paviret aut hoc qui tale dederit, si quis uxorem sua propriam solid. XV. culp. iud.

## LIX. De Raciniburgius.

Si quis Raciniburgius in mallo sedentes causa sine duus discote lege voluerit dicere vinit; dicite ad illo quicunque causa prosequitur: hic vos tangano, ut lege ter secando lege Salica, quod nec ille legem dicere noluerit, vir de illis raciniburgiis collecato sole ternus sol. solvat; quod si nec legem dicere volueret nec ternus sol. solvat, fidem ficit, tunc sol illius culpato est quinus din. C. culp. Si vero ipsi raciniburgiis et non secundum legem iudicare eam contra quod sententio dediret solid. XV. culp. iud.

## LX. De crenecruda.

Si quis hominem occiserit

redimat. Quid si amplius dederit fredo solvat tanquam si de eausa convictus fuisset. Si maior causa est unde XXXV. solid. solvat et convenerit ut manum suam redimat solid. VI. donet quid si amplius dederit fredo solvat quantum se de causa illa convictus fuisset.

Si vero leodo alteri reputaum et a dinio illum habet mallatum et voluerit manum suam redimere et iuratus dare solid. XXX. donet quid si amplius dederit fredus de ipsa lege conponat.

## LXXXIX. De eo qui Grafionem occisserit.

Si quis grafionem occisserit XXIV. denar. qui faciunt solidos DC. culpabilis iudicetur.

Si quis Sagibaronem aut grafionem qui puer regis fuerit XII. den. qui faciunt solid. CCC. culpabilis iudicetur.

Si quis Sagibaronem qui ingenuus est alio Sagibaronem posuit aliquis eum occisserit XXIV. denar. qui faciunt solid. DC. culpabilis iud.

Sagibaronem in singulos mallos plus quam tres esse non debent et si de causa aliquid ante illos factum fuerit poenitus grafionem removere non posset.

Digitized by Google

et tanta facultatem data non abit, unde tota lege impleat XII. iuratores nec super terra nec subtus terra plus de facultate non abit quae donavit et postia debit in casa intrare, de quatuor angulus terra in pogno colegire et sic postia in dorso super illo limitare stare debit, et intus in casa respiciens et sic de senextra mano super illo qui proximiorem parentum habit, quod si iam pater aut fratris solferunt, tunc super suos filius debit illa terra iactare super III. de generacionem patris et de matris qui proximioris sunt, et sic postia in camisam discinctus discalcius palo in mano sua sepe debit sallire, medietatem quanto de conposicionem idem aut quanto lex est illi III. solvant, hoc est illi alii de patris geniracionis facire debit, super illo crenecurando ille, qui pauperior est iactavit ille totam legem persolvat; que si vero necesso abit, unde totam legem solvat, tunc illi, qui humicidio ficit, qui eum sub pede abuit, in mallo praeservare debit, et sic eum per III. mallus ad sua fide tollat, et si eo in conposicionem nulla à fide tollerent, hoc est, ut eum redimat deque non solfit, de sua vita componat.

## LXI. De Alodis.

Si quis mortuus fueret et filio non demiseret, si matre sua superfuiret inde hereditatem accipiat. Si mater non fuiret et frater remansiret, ipsi haereditatem accedant. Si ista non fuerint tunc sororis matris in

## XC. De eo qui ad mallum venire noluerit.

Si quis ad mallum venire contempserit aut ei racimburgi iudicatum fuerit adimplere distulerit si nec de compositione nec de neo nec de ulla lege facere voluerit tunc ad Reges presentiam eum mannire debent ut ibidem XII. testes erunt quo per singulas vices iurati tres dicant quod ibi fuerunt ubi Racimburgi iudicaverunt aut deneum ambulaverit aut fidem de conpositione fecerit et ille dispexerit. Item alii tres iurare debent quid ibi fuissent post illa die quando racimburgii iudicaverunt aud per neum aut per conpositionem seducerit hoc est de illa die in XL. noc. in mallibergo. Iterum ei solem culcaverit et nullatenus noluit legem implere, tunc eum debet mannire ante Regem hoc est in noc. XIV. et tres testimonia iurent quod eum mannissent et si nec tunc venerit ista VIII. testimonia iuratis sicut superius diximus dicant similiter. Illa die si non venerit culcit ei solem illa tria testimonia quomodo culcavit solem. Tunc si ista omnia impleverit qui eum mallat et ille qui admallatur ad nullum placitum venerit et per legem reducere noluerit tunc Rex ad quem mannitus est extra sermonem suum ponet eum tunc ipse culpabilis et homines res suas erunt et quicunque eum aut paverit aut ad hospitalem col-

haereditate et inde illis generacionibus quaecunque proximior fuiret, illi hereditatem succidat. De terra vero illa, quod muliere hereditas est, sed ad vero exugu frater fueret, tota terra permaniat.

## LXII. De eo qui se de parentilla tolleri vult.

In mallo leuth et het tunzino ambulare debit, et ibidem IV. fustos alninus frangere super caput suo debit, et illos IV. partis mallo iactare et ibi sidero quod eromento et hereditatem tota sacionem eo tollat. Si postia aliquis de suis parentibus aut moriatur aut occideret nulla adeo nec hereditas nec conposicio permanit: si vero solo moriatur aut occidatur, conposicio aut hereditas ad eis permaniat.

## LXIII. De Carvenna.

Si quis alteri super illo idem mano super illo aliquem inripuit, rem in capite reddat, sol. XXX. culp. iud.

Si quis hominem dimente expoliaviret sol. C. culp. iud.

Si quis vero quecunque desuper hominem intercitum miseret in violente, quo si agnusciret dic. tollat (MALB. *caroen*) sol. XXX. componat.

## LXIV. De Conpositione humicidii.

Si quis cuiuscunque pater occisus fueret, medietate conpositione filio et alia parentis qui proximioris sunt tam de matre quam de patre, et diviligerit et iam sui uxor sua ppi. ea solid. XV. culpabilis iudicetur donec omnia qui ei legibus imputantur conponat.

## XCI. De Racimburgis.

Si Racimburgii legem noluerint dicere in mallo resedentes cum causas inter duos discusserint debet eis dicere qui causam querit dic nobis Legem Salicam, si illi noluerint dicere tunc iterum ipse debet dicere. Ego vobis rogo ut mihi et isto gasationem quo legem dicatis bis aut tres hoc debet dicere. Ego vos tancono usque quo mihi dicatis legem Salicam quid si dicere noluerint septem de illis Racimburgis culcati sole ternos solid. culpabiles iudicentur quid si nec legem dicere voluerint nec de tribus solid. fidem facere unusquisque sol. XV. culpabilis iudicetur.

Si vero illi Racimburgii legem dixerint eis contradixerint quod legem non dicant contra unumquemque de illius Racimburgiis DC. denar. qui faciunt sol. XV. culpab. iudic.

## XCII. De Alodis.

Si quis mortuus fuerit et filios non demiserit si pater aut mater superfuerit ipsi in hereditate succedunt.

Si pater aut mater non fuerit si fratres aut sorores di-

Digitized by Google

vidant; quod si una paterna si, eum mater nullus parentis fuiret, illa porcio in fisco colligatur.

## LXV. De homine in osto occiso.

Si quis hominem ingenuo in oste occiseret din. CC. componat.

## LXVI. De ereburgiis.

Si quis alterum barbaro clamaveret hoc est strioporcio aut illo qui ineo portare dicitur abstrias cucinent malb. sol. LXII culp. iud.

Si vero mulierem clamaveret hoctoaginta et semis solidus componat.

## LXVII. De caballo mortuo excortegato.

Si quis caballo extra consilio domini sui excortigaverit sol. XXX. componat exceptum capitale et dilatura.

EXPLICIT LEX I. INCIPIT II.

## LXVIII. De rebus in alode patres.

Si quis super alterum de rebus, qui in alode inventa sunt, interciaviret, debet ille interciatus III. testimonia mittere, quod in alode patris hunc invenisset, alia trea qualiter patris ipsas invenisset; hoc si ficeret, poterit rem interciata vindicare, si istas non ficirit, mittat III. iuratoris quod in alode patris hoc invenissit, se de hac causa liberans; si hoc non ficerit, ille qui eas interciaverit (*fil*-

misserit ipsi in hereditate succedunt.

Si vero isti non fuerint tunc sorores matris in hereditate succedunt et postea de illis generationibus quicunque proximiores sunt ipsi in hereditate succedant qui ex parte genere veniunt de terra vero Salica nulla in mulieris hereditatis transeat portio sed ad virile sexus tota terra propria etatis sue possideant.

## XCIII. De eo qui se de parentilla tollere vult.

Si quis de parentibus tollere vult in mallum ante tunzinum ambulare debet et ibi de quatuor fustes alninos super caput suum frangere debet et illos quatuor partes iactare debet et ubi dicere debet quod se de iuramento et de hereditate et de tota ratione illorum aut si aliquid de suis parentibus aut moriatur aut occidatur nulla ad illum nec hereditas nec conpositio perveniat.

Si vero aut ille occidatur aut moriatur conpositio aut hereditas ad fisco pertineat.

## XCIV. De Aroena.

Si quis de manu ad ira per virtutem aliquid tulerit aut rapuerit vel expoliaverit CCXL. denar. qui faciunt solid. XXX. culpabilis iudicetur.

Digitized by Google

*torto*) et si postia quid lex interdocuit, apud quem eas inviuit, culpabilis iudicetur.

## LXIX. De . . . . . . . .

Si quis pater aut parentis quando filiam suam ad marito donat, tota extra parte fratris suis vindicit; similiter, quando filius suus ad capilatorias ficiret, quo quid donato fuiret, extra parte hoc teniat, et aliquas res dividat.

## LXX. De homine ingenuo occiso; quomodo parentis sui comprehindit vitam suam.

Si quis hominem ingenuo occiseret, et ei fueret adprobatum, parentis dibiat secundum legem conponat media conpositio, filiis alia medietas et inde eis debit ut quarta, ut de illa leude adveniat, aut quarta pars parentibus propinquis debit III. de generationem patris et III. de generationem matris, et mater viva non fuerit media parte de leode illa parentis inter se devidant, hoc est III. de patrem, proximi tres fuirent parentis de predictis condicionis prehendant, tertia parte duas partis prehendant, tertia patri suo demittant.

## LXXI. Quantas causas iurare licit.

De dote et de res qui in oste perditas sunt, de hominem qui in servitio revocatur, si amplius iurarent quam tres causas rem illa in capite

Si vero quicunque desuper hominem aliquid de tertia manu miserit et super virtutem aliquid ei tullerit ei (MALB. *aroena*) ICCCC. denar. qui faciunt solid. XXX. culpabilis iudicetur.

## XCV. De hereburgio.

Si quis alterum herburgio clamaverit hoc est strioportio aut illum qui inio portare dicitur ubi strias cocinant et probare non potuerit IID. denar. qui faciunt solid. LXII. s. culpabilis iudicetur.

## XCVI. De eo qui filiam alienam sponsaverit et se retraxerit.

Si quis filiam alienam sponsaverit et se retraxerit et eam noluerit prehendere (MALB. *frifastina*) IID. denar. qui faciunt solid. LXII. s. culpabilis iudicetur.

## XCVII. De eo qui alterum in puteum aut in pelago inpinxerit vel in periculo mortis.

Si quis alterum in puteum aut in pelago inpinxerit vel in periculum mortis et ipse exinde vivus evaserit et ipse causam suam possit mallare (MALB. *challis ob duplio*) IV. den. qui faciunt solid. C. culpabilis iudicetur.

reddant, et quanto lex de causa illa abit culp. illi qui iuraviret III. qui senis res fuifet D. din. culp. et reliqui iuratoris quinus sol. solvant.

## LXXII. De creobebat.

Si quis hominem ingenuum in silva aut qualibet loco occiseret et eum ad celando conbusiret DC. sol. conponat.

Si antruscionem vel femene tale ordinis interficiat, aut tale rem voluerit vel igne concremaviret IDCCCC. dinarius conponat.

## LXXIII.

Cuicunque domum violare praesumserit, quae domo pro firmamento ebrius abuissit provocatus, qui hoc facire praesumserit sol. XLII. culp. iud.

Si quis hominem de furca tollere praesumseret, qui eum tollit, et ei fuerit adprobatum vita sua pro ipso admittat aut sol. CC. conponat.

Si quis vero de furca iam mortuo sine consilio iudicis aut volumtate ipsius cuius causa est, tollerit pro culpa, qua suspinsus est, quicquid exinde Lex Salica adeam ille erunt qui est, adtollere praesumserit culp. sed Lege Salica hoc convenit, observat.

## LXXIV. De pignoratione.

Si quis debitorem suum pignorancia sine iudice pignorare praesumserit, antequam eum nestigante higio, et debitum perdat, et insuper similiter si male depignoraverit cum lege conponat, hoc est, capitalem reddat et insuper

## XCVIII. De terra condemnata.

Si quis terram alienam condemnaverit et ei fuerit adprobatum IID. denar. qui faciunt solid. LXII. culpabilis iudicetur.

## XCIX. De crinne cruda quo Paganorum tempus observabant.

Si quis hominem occisserit et facultatem non habuerit unde totam legem componat XII. iuratores donet quod nec super terram nec subtus terram amplius non habeat nisi quantum donavit de terrae facultate et postea debet in casa intrare per quatuor angulos terrae in pugno colligere et sic portet in duro pelle hoc est in limitare stare debet int. in casa adspiciat et sic de sinistra manu de illa terra trans suas scapulas iactare super illum quem proximiorem parentum habet quid iam pro illo mater aut pater vel fratres solverint tunc super sorores matris et super suos filios debet illa terra iactare idem super generationes aut matris qui proximiores sunt. Sic postea in camisa discinctus·disculoiatur palum in manu sepem sallire debet et pro medietatem quantum de compositione dederit aut quantum lex dicat illi tres solvant: hoc est illi alii de paterna generatione veniunt facere debent. Si vero de illis quicum qui pauperior fuerit et non habet

XV. solidos culpabilis iudicitur.

## LXXV. De homine inter duas villas occisum.

Sicut adsolet homo iuxta strada aut intra tuas villas proximas sive vicinas fuerit interfectus, ut humicida non apareat, sic debit iudex, hoc est Comes aut grafio ad locum accedere, et ibi cornus sonare, et si vinerit, qui corpus cognuscit occisi, sic parentibus in notitia ponatur. Si vero non vinerit, qui corpus, tunc vicini illi in eorum campo vel exitum corpus inventum est, debent facere bargum V. pedis in altum et presencia iudicis, ibi levare corpus, et debit iudex nunciare et dicere: homo ste in vestro agro vel in vestipolo est occisus, contestor, ut usque in VII. noctes non reponatur et de humicidium stum vos ad mallum, ut in mallo proximo veniatis et vobis de lege dicatur, quis observare debiatis. Tunc vicini illi, quibus nunciatur ante XL. noctis, qui meliores sunt cum sexaginus quinus iuratoris se exuant, quod nec occisissent nec sciant, qui occisisse. Mino filidis vero vicini quinus denus iuratoris donent singuli, qui id superius diximus, id est quod iurant, si stud sic ante XL. noctes non ficirent, noverint se personam mortui requirenti legibus satis facire: Si vero iurent, quod superius diximus, et se per sacramento edeniaverint, nulla eis conposicio requiratur.

unde integrum debitum solvat quicunque de illis plus habet iterum super illum chrinne cruda ille qui pauperior est iacet ut ille tota lege persolvat. Quid si vero nec ipse habuerit unde tota lege persolvat tunc illum qui homicidium fecit qui eum sub sua fide habet in mallo praesentare debet, et sic postea per quatuor mallos ad suam fidem tollat et si eum in conpositione nullus ad fidem tulerit hoc est ut eum redimant de quod non persolverit tunc de vita conponat.

## C. Incipiunt Chunnas.

Hoc est unum thoalasti solid. III. culpabilis iudicetur. Sexan chunna solid. XV. culpabilis iudic. Thuwalt chunna solid. XXX. culpabilis iudicetur. Theuvenechunna solid. XLV. culpabilis iudicetur. thothocundi sitme chunna solid. LXII. sunt.

Fit tertius chunde solid. C. culpabilis iudicetur. Actotetus chunde sol. CC. culpabilis iudicetur. Triothus chunde thertechunna solid. DC. culpabilis iudicetur. Fit tertos chunde tue apta chunna solid. DCC. culpabilis iudicetur. *Expliciunt chunnas.*

## *Incipit Decretum.*

Childebertus Rex Francorum inlust. Cum in Domini nomine omnes Cal. Marti de quascunque conditiones una

Digitized by Google

## LXXVI. De muliere caesam vel excapillatam.

Si quis mulierem excapillaverit, ut ei obbonis ad terra cadat, sol. XV. culp. iud.

Si vero vitta sua solferit ut capilli ad scapula sua tangant XXX. sol. culp. iud.

Si servus mulierem ingenuam percusserit aut excapillaverit aut manum suam redemat, aut sol. V. reddat.

Si quis mulierem praegnantem in ventre aut in renis percusserit pugnum aut calcem et ei pecus non excuciat, et illa propter hoc graviata fuerit quasi usque ad mortem CC. solid. culp. iud.

Si quis vero pecus mortuum excusserit et ipsa evaserit DC. sol. culp. iud.

Si vero ipsa mulier propteria mortua fuerit DCCCC. sol. culp. iudicitur.

Si vero mulier, qui mortua est pro aliqua causa in verbo regis missa est ICC. sol. culp. iud. Haec lex de miletunias, vel letas sive romanas in medietatem convenit observare.

Si quis ancillae pecus mortuum excusserit, si puella fuirit LXII. sol. culp. iud. similiter et M. et dinarium. Si vero ancilla ipsa cellarium domini sui, vel geniceum tenuerit C. sol. et M. et dinarium pro ipsa conponat.

## LXXVII. Pactus Childeberti R.

De retinore pacis, appellavirit et negaverit iuraverit iuratoris, medius letus quod fuerit, quod obligaviret vero sit. cum nostris obtimatibus pertractavimus ad unamquemque notitiam volemus pervenire. Ita Deo propitiante Antonaco Cal. Marti Anno XX. regni nostri. Convenit ut nepotes ex filio vel ex filia ad aviaticas res cum avunculo vel amitas sic venirent tanquam si mater aut pater vivi fuissent de illos tamen nepotes istud placuit observare que de filio vel de filia nascuntur non qui de fratre. In sequenti hoc convenit una cum leodos nostros decrevimus ut nullus incestum usum sibi sociare coniugibus hoc est fratris sui uxorem nec uxoris sui sororem nec uxorem aut parentes consanguineis uxorem patris si quis acceperit mortem periculum incurrat et de praeteritis coniunctionibus, quae inceste videntur per praedicationem episcoporum iussimus emendare. Qui vero Episcopo suo noluit audire et communicatus fuerit perenni conditione apud Dominum sustenat et de palatio nostro sit omnino extraneus et omnes res suas parentibus legitimis admittat qui noluit sacerdotis sui medicamenta sustinere. Similiter traiecto convenit ut servo campo aut quemlibet res ad unum ducem et unum iudicem pertinentes per decim annus unus quisque inconcusso possidet nullam habeat licentiam tribuimus quod si quis praesumpserit interciare solid. XV. solvat et rem quem ille interciavit ammittat. de reliquis vero conditionibus omnes omnino trecina-

Sic latro reverendus est si facoltatem distribuit, MALBERG parentibus offeratur. Si non redimitur, vita correpit de ocalte sine iudice conponat. acceperit simile latrono sit.

## LXXVIII. Si hominem ingenuo in furto appellaviret.

Si quis ingenuus in furtum inculpatus fuerit et deinde manducatur et manum suam de quantum in culpa inventus est conponat.

## LXXIX. Cuius manum ad henium inciderit.

Servus in furtum inculpatur, requeratur dominum, ut ad XV. noctes in mallum presentit et si dubietas est, ad sortem ponatur, quod si placitum sunnis detricaviret ad alias XV. noctes ita fiat, et prosecutur cause de suos consimiles III. elictus alius III, dabet, qui sacramentum firment pro suplicacionem debet eum liberare, et si dominus non praesentaviret legem, unde inculpatur, conponat, et cessionem de servo faciat. Si servus minus tremisse sortem mala preserit, dominus servi tres solidos solvat, et servus ille CCC. hictus accipiat.

## LXXX.

Si quis aliena mancipia iniuste tenuerit et infra dies XL. non eas reddederit, latro mancipiarum teniatur obnoxius. Si lex de hoc quod inria lex excludit praeter se quod regna hunc usque detinuit.

Pari conditione convenit cal. marti omnibus adunatis admodum quicumque praesumpserit raptum facere unde impiissimum ultium adcreverat vitae periculum feriatur ut nullus de optimatibus nostris praesumat pro ipso praecare, sed unus quisque admodum inimicum Dei persequatur.

Qui vero vel edicto nostro contempnere in cuiuslibet iudicis pago primitus admissum fuerit, ille iudex collictum solatium ipsum raptorem occidat et iaceat forbatudus et si ad ecclesiam confugium fecerit reddendum ab Episcopo absque ulla precatione separentur. Certe si ipsa mulier raptorem consenserit ambo pariter in exilio transmittantur et si foras ecclesia capti fuerint ambo pariter occidantur et facultatem eorum parentibus legitimis et quod fisco nostro debetur adquiratur.

De homicidis vero ita iussimus observare ut quicunque auso temerario alium sine causa occiderit vite periculum feriatur. Nam non de pretium redemptionis redimat aut conponat forsitan convenit ut ad solutionem quisque descendat nullus de parentibus aut amicis eius quicquam adiuvet nisi quae praesumpserit ei aliquid adiuvare suum vero valdum omnino conponat.

Quia iustum est aut qui voluerit occidere discat morire.

Digitized by Google

culpatur, ad sortem adiacirit et mala sortem presserit, medietatem ingenui conponant et septem iuratoris medius elictus dare debit.

## LXXXI. INCIPIT LIBER III.

Deinde Chlotarius rex posuit decreta, ut qui ad vigilias hoc est ad qua, et constitutas nocturnas diversi furis non capire et quod deversa interrudentem concludio scelera sua praetermittat, costodias exercerent, centenas fierent. In cuius centena aliquid deperiet caput trustes restituat, vel in alterius centenam vestigium proponat aut deduxerunt et ad hoc admuniti sine cleaerent, quinus solidus conponat; capitale tamen, qui prodederat, a centena illa accipiat, et si per trustem invenitur media conposicionem trustes ad se recipiat, et capitalem exeat ad latronem.

## LXXXII.

Si quis in alterius domum, ubi clavis est, furtum invinerit, dominum domni de vita conponat. Se cum furtum, ubicunque capitur, antedicte subiaceat legem. Et de suscepcionem inculpatur, ad sortem veniat, et si malam sor tem priserit, ita tamen ut utraque partis ternas personas elictas, duas nec custodia fieri possit.

## LXXXIII.

De servos ecclesiae aut vel cuiuslibet, si ad quemcunque De farefalius ita convenit ut quicunque in mallo praesumpserit furfalium minare procul dubium suum vuerevaldum conponat nihil hominus farfalium reprimatur forsitan ut adsolet iudex consenserit et fortasse acquies cit. istum farfalium custodire vitae periculum per omnia sussineat.

De furibus et maleficis ita decrevimus observare aut si quinque aut septem boni fidei homines absque inimicitia interposita criminosum cum Sacramenti interpositionem esse dixerint quomodo sine lege involavit sine lege moriatur.

Si quis iudex comprehensum latronem convictus fuerit relaxasse vitam suam admittat et disciplina in populum modis omnibus observetur.

Similiter cal. marti colonia convenit et ita bannivimus ut unusquisque iudex criminosum latronem ut audierit ad casam suam ambulet et ipsum ligare faciat; ita ut si francus fuerit ad nostram praesentiam dirigatur et si de debiliores persones fuerit in loco pendatur.

Si quis centenarium aut cuilibet iudici noluerit ad iudicem adiuvare LX. sol. omnis mod. condemnentur et quicunque servum criminosum habuerit et ei iudex rogaverit ipsum praesentare et noluerit suo vuergildo omnino conponat.

Similiter convenit ut si furtus factus fuerit capitale de praesente centena restituat et

inculpantur aut ad sortem aut ad plevium promoveantur, aut ipse aut precium reformetur probatio, periculum subiaciunt.

## LXXXIV.

Si quis quodlibit de potentis pro suo servo admoniatur, ut per diversa possedent loca, de crimine habere susceptus domino secricius cum testibus cumdicatur, ut intra XV. noctes ipsum ante iudicem debiat praesentare, quod si intra statutum tempus intercedentem concludium non ei fecerit ipsi dominus statutus sui iusta mode sui culpe inter fretum et feitum conpensetur, servus tum admonitum domino defuerit, capitalem dominus restituat et de servum dominus faciat cessionem futurum et cum inventus fuerit, detur vindictam.

## LXXXV.

Si quis occulte rem sive conposicionem at quemlibet latronem acciperet, ut res quem latronis culpam subiaceat, fures tamen iudicibus praesentetur. Nullus latronis, ut quemlibet culpabilem occultare presumat. Cui si ficerit, similis illi subiaceat culpae.

## LXXXVI.

Nullus quemlibet culpabilem, sicut cum Episcopis convenit, de atrio ecclesiae extrahere praesumserit, canonibus feriatur, quod si sunt ecclesiae, quorum clausae non causa centenarius cum centena requirat.

Pari conditione convenit ut si centena posita in vestigia in alia centena aut quos fidelium nostrorum ipsum vestigium miserit et eum ad alia centena minime expellere potuerit aut convictus reddat latronem aut capitale de praesente reddat et cum duodecim personas se ex hoc Sacramento exuat.

Si quis servus ecclesiasticus aut fisco furtum admisserit simile poena sustineat sicut et reliquorum francorum.

Digitized by Google

sunt ab utrasque partebus parietum terrae expacium aripennis pro adrio observentur, ut nullatinus fugiens foras ante dicta loca properarum cupietatis sedicat, quod non sit et capti fuerint, ad dignum sibi subplicium condemnentur.

## LXXXVII.

Si cuilibet servus ad quocunque deserat, confugium fecerit, primum dominus advenerit, cito excusatus reddatur, futurum ut si de precium cumvenerit, precius redatur, tamen admunicionem perientes redere noluerit, precium solvat futurum cum inveniret, si placit receptum precium servus. dominum refurmetur.

## LXXXVIII.

Ut in troste electi centenarius ponantur pro fiscalibus et omnium domibus censimus pro timore pacis iubemus in trus- te electi centenarius ponantur per eorum ad que solicitudinem pax interdicta observetur, et quia domino propitio germanitas vinculum caritatis costoditur. Centenarius ergo vel qui in troste esse dicuntur, abent latronis persequere per vestigia adsignata tamen menare et in truste quod defuerint, sicut dictum est, cumsarciatur, ut continuo capitale et qui perpedit, refurmetur, ita tamen ut latronis perquirantur, quem si truste per se invenerent, medietatem composicionem sibi vindicit, capitale vel dilatura, si fuerit de facultatem latronis ei, qui furtum pertullit, sarciatur. Nam si per se latronem coeperit, integra sibi conposicione vel dissulucione vel quicquid dispendite fueret, revocaverit, fretus tamen iudecibus, in cuius provencia est latror stratetur requerenti.

## LXXXIX.

Si quis ad vestigium vel ad latrone prosequendo ire noluerit, si moniti fuerunt, et si eos sunnis non detenuerit sol. XV. culp. iud. et in dei nomine pro timore pacis constituemus, et in perpetuo volumus costodire, interdicentes.

## XC.

Si quis à iudicibus haec violare praesumserit, vita incurrat periculum et sta omnia ante dicta nostra sicut priora stare iubemus.

## XCI.

Si quis super aliena domum lapide miserit aut iactaverit, cui fuerit adprobatum, pro illius contumilia aut alienorum ingenuorum, si cum ipsum alii fuerint unaquodqui per quindicinus sol. culp. iud.

Si vero letus fuerit, qui hoc facire praesumpserit sol. VII. culp. iud.

## XCII.

Si quis aliena domum violenter distruerit, que domus superius abuerit, qui hoc facire praesumserit et pro hoc cui fuerit adprobatum solid. XLV. culp. iud.

## XCIII.

Si Salicus salicum violenter castraverit et ei fuerit adpro-

batum sol. CC. culp. iud. exc. medicatura sol. IX.

EXPLICIT LEX SALECA, QUI VERO CUNLACIO INFRA HAE LIBROS IV. CONTINERE VIDITUR.

Primus Rex Francorum statuit à primo titulum usque LXII. disposuit iudicare, postmodo autem tempus cum obtimatis suis à LXIII. titulum usque ad LXXVIII. addedit; sic vero Childebrandus Rex post multum autem tempus pertractavit, quid addere debirit, ita a LXXVIII. usque ad LXXXIII. perinvenit, quod ibidim digne imposuisse noscuntur, et sic fratri suo Clotario haec scripta transmisit. Post haec vero Clotharius cum hos titulus à germano suo seniore gratenter excepit, sic postia cum rignum suum pertractavit, ut quid addere debirit ibidem, quid amplius dibiat construhere ab LXXXIX. titolus usque ad XCIII. statuit permanere, et sic postea fratre suo rescripta direxit et ita inter eis convincit, ut sta omnia sicut anteriore constructa starent.

---

Teudericus Rex rignavit annis XVII. Chlodoveos Rex rignavit an. III. Childebertus Rex rignavit an. XVII. Dacobertus Rex rignavit an. V. Hilpericus Rex rignavit an. V. Item Teudericus Rex rignavit an. XVII. Anno septimo inter alius Rex rignavit. Childericus Rex rignavit an. IX. sunt in summa annus LXXVIII.

# COLLATIO TITULORUM

## Codicis Guelferbitani et Parisiensis cum Codice Fuldensi ab Heroldo edito.

---

| | Cod. Fuld. Heroldi. | Cod. Guelf. Eccardi. | Cod. Paris. Schilteri. |
|---|---|---|---|
| Tit. | 1 | 1 | 1. |
| | 2 | 2 | 2. |
| | 3 | 3 | 3. |
| | 4 | 4 | 4. |
| | 5 | 5 | 5. |
| | 6 | 6 | 6. |
| | 7 | 8 | 7. |
| | 8 | deest | 8. |
| | 9 | 7 | 9. |
| | 10 | 9 | 10. |
| | 11 | 10 | 11. |
| | 12 | 11 | 12. |
| | 13 | 12 et 73 | 13. |
| | 14 | 13 | 14. |
| | 16 | | 14 in fine. |
| | 17 | 14 | 15 17 18. |
| | 18 | | 16. |
| | 19 | 16 | 19 et 20. |
| | 21 | 17 | 21 et 22. |
| | 22 | 18 | 23. |
| | 21 | 19 | 24. |
| | 23 | 20 | 25. |

Digitized by Google

| Cod. Fuld. Heroldi. | Cod. Guelf. Eccardi. | Cod. Paris. Schilteri. |
|---|---|---|
| Tit. 24 | 21 | 26 et 27. |
| 25 | 22 | 28 et 29. |
| 26 | 23 | 63. |
| 27 | 27 a. | 37 usque 45. |
| 28 | 24 | 30 usque 34 |
| 29 | 25 | 35. |
| 30 | 26 | 36. |
| 31 | 27 b. | 46. |
| 32 | 28 | 47. |
| 33 | 29 | 48. |
| 34. | 30 | 49. |
| 35 | 31 | 50. |
| 36 | 32 | 51. |
| 37 | 33 | 52 usque 55. |
| 38 | 34 | 56 usque 59. |
| 39 | 35 | 60. |
| 40 | 36 | 61. |
| 41 | 37 | 62. |
| 42 | 38 | 64 65 66. |
| 43 | 39 | 67. |
| 44 | 40 et 48 | 68 73 74 97. |
| 45 | 44 | 69. |
| 46 | 45 | 70. |
| 47 | 40 et 48 | 78. |
| 48 | 41 | 79. |
| 49 | 42 | 80. |
| 50 | 43 | 82. |
| 51 | 49 | 81 et 83. |
| 52 | 50 | 84. |
| 53 | 51 | 85. |
| 54 | deest | 86. |
| 55 | 52 | 87. |
| 56 | 54 | 88. |
| 57 | 55 | 89. |
| 58 | 56 | 17 et 18. |



Digitized by Google

| | Cod. Fuld. Heroldi. | Cod. Guelf. Eccardi. | Cod. Paris. Schilteri. |
|---|---|---|---|
| Tit. | 59 | 57 | 90. |
| | 60 | 58 et 59 | 91. |
| | 61 | 60 | 99. |
| | 62 | 61 | 92. |
| | 63 | 62 | 93. |
| | 64 | 63 | 94. |
| | 65 | 47 et 64 | 72. |
| | 66 | 46 et 65 | 71. |
| | 67 | 66 | 95. |
| | 68 | 67 | 63. |
| | 69 | 73 | 74. |
| | 70 | deest | 96. |
| | 71 | — | 75 76 77. |
| | 72 | — | 98. |
| | 73 | — | deest. |
| | 74 | 72 | — |
| | 75 | deest | — |
| | 76 | — | — |
| | 77 | — | — |
| | 78 | 71 | — |
| | 79 | deest | — |
| | 80 | — | 100. |

Tertius Liber Codicis Guelferbitani cum titulis 81 usque 93 nec non tituli 68 69 70 74 usque 80 neque in Codice Fuldensi, neque Parisiensi reperiuntur.

Digitized by Google